Secunda Oratio de Dominica Secunda post Pascha.

Lectio Actuum Apostolorũ *Cap:* 13.

IN diebus illis: Surgens Paulus & manu silentium indicens ait: Viri fratres, filii generis Abraham & qui in vobis timent DEUM, vobis verbũ salutis hujus

missum est. Qui enim habitabant Jerusalem & principes ejus, ignorantes JESUM, & voces Prophetarum, quæ per omne Sabbatum leguntur, judicantes impleverunt: & nullam causam mortis inveniens in Eo, petierunt à Pilato, ut interficerent eum. Cumquè consummassent omnia, quæ de eo scripta erant, deponentes eum de ligno, posuerunt eum in monumento. DEUS verò suscitavit eum à mortuis tertia die: qui visus est per multos dies his, qui simul ascenderant cum eo de Galilæa in Jerusalem: qui usq; nunc sunt testes ejus ad plebem.

Graduale Job: 3. Qui expectant mortem & non venit, quasi effodientes thesaurum, gaudentque vehementer, cùm invenerint Sepulchrum Alleluja Alleluja.

Joannis 20. Currebant duo simul, & ille alius Discipulus præcucurrit citiùs Petro, & venit prior ad monumentum Alleluja.

Sequentia S. Evangelii 2dum Lucam.

Lucæ 24.

UNa Sabbati valde diluculo, venerunt mulieres ad monumentum, portantes quæ paraverunt aromata, & invenerunt

runt lapidem revolutum à monumento, & ingreſſæ non invenerunt Corpus Domini JESU. Et factum eſt dum mente conſternatæ eſſent de iſto, ecce duo Viri ſteterunt ſecus illas in veſte fulgenti. Cùm timerent autem, & declinarent vultum in terram, dixerunt ad illas: Quid quæritis? Viventem cum mortuis? Non eſt hic, ſed ſurrexit Recordamini qualiter locutus eſt vobis, cùm adhuc in Galilæa eſſet, dicens. Quia oportet Filium hominis tradi in manus hominum peccatorum, & crucifigi, & die tertia reſurgere, & recordatæ ſunt verborum ejus, & regreſſæ à monumento nuntiaverunt hæc omnia illis undecim, & cæteris omnibus. Erat autem Maria Magdalene, & Joanna, & Maria Jacobi, & cæteræ, quæ cum eis erant, quæ dicebant ad Apoſtolos hæc: Et viſa ſunt ante illos, ſicut deliramentum, verba iſta, & non crediderunt illis. Petrus autem ſurgens, cucurrit ad monumentum, & procumbens vidit linteamina ſola poſita, & abiit ſecum mirans, quod factum fuerat.

Credo.

Offer-

Offertorium.

Psalm: 41. Transibo in locum Tabernaculi admirabilis usque ad Domum DEI. Alleluja.

Secreta.

DEUS, qui per depositionem Sanctissimi Corporis Filii Tui in Sepulchro, idem Sepulchrum sanctificasti, concede quæsumus, ut in hoc Sepulchro, animâ & corde habitemus. Per eundem Dominum nostrum, &c.

Præfatio de Resurrectione.

Te quidem Domine omni tempore.

Communio

Sap: 9. Beatus qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie, & observat ad postes Ostii mei. Alleluja.

Post Communio.

DEUS, qui nos Sancti Sepulchri, Filii Tui, lætari facis honore, præsta quæsumus, ut in eodem sepulti, mundo moriamur, & Tibi soli vivamus. Per eundem Dominum, &c.

DOMINICA III. POST PASCHA

OFFICIUM De PATROCINIO

SANCTI JOSEPH

CONFESSORIS.

DUPLEX 2 Classſ.

AD VESPERAS.

Ant. Jacob autem, *cum reliquis de Laud. Pſ.* Dixit Dominus, *cum reliquis de Dominica, & loco ultimi, Pſalmus.* Laudate Dominum omnes Gentes.

Capit: Gen: 49.

BEnedictiones Patris tui confortatæ ſunt benedictionibus patrum ejus, donec veniret deſiderium collium æternorum, fiant in capite Joſeph, & in vertice Nazaræi inter fratres ſuos. ℣. Deo gratias.

Hymnus.

TE, Joſeph, celebrent agmina Cœlitum.
Te cuncti reſonet Chriſtiadum Chori,
Qui clarus meritis, junctus es inclytæ
Caſto fœdere Virgini.
Almo cum tumidam germine conjugem
Admirans, dubio tangeris anxius,
Afflatu ſuperi Flaminis Angelus
Conceptum puerum docet.
Tu natum Dominum ſtringis ad exteras
Ægypti profugum tu ſequeris plagas:

Amiſ-

Amissum Solymis quæris, & invenis.
Miscens gaudia fletibus.
Post mortem reliquos mors pia consecrat,
Palmamque emeritos gloria suscipit.
Tu vivens, Superis par, frueris Deo
Mira sorte beatior.
Nobis summa Trias, parce precantibus.
Da Joseph meritis scandere:
Ut tandem liceat nos tibi perpetuum.
Gratum promere canticum. Amen.

℣. Constituit eum Dominum domus suæ, alleluia
℟. Et principem omnis possessionis suæ, alleluia.

Ad Magnificat. Antiph.

Cum esset desponsata Mater Jesu Maria Joseph, antequam convenirent inventa est in utero habens de Spiritu Sancto, alleluia.

Oratio.

DEUS, qui ineffabili providentia beatum Joseph Sanctissimæ Genitricis tuæ Sponsum eligere dignatus es: præsta quæsumus; ut quem Protectorem veneramur in terris Intercessorem habere mereamur in cœlis. Qui vivis, & regnas.

Et fit commemoratio Dominicæ. Antiph. Modicum, & non videbitis me, dicit Dominus: iterum modicum, & videbitis me, quia vado ad Patrem, alleluia, alleluia,

℣. Mane nobiscum Domine, alleluia.
℟. Quoniam advesperascit, alleluia.

Oratio.

DEUS, qui errantibus, ut in viam possunt redire justitiæ, veritatis tuæ lumen ostendis: da cunctis qui Christiana professione censentur, & illa respuere, quæ huic inimica sunt nomini, & ea quæ sunt apta sectari. Per Dominum.

Ad Matut: Invitat.

Laudemus Deum nostrum: * In veneratione beati Joseph Protectoris nostri alleluia. *Psalmus.* Venite exultemus. *Hymn.* Te, Joseph. celebrent agmina cœlitum, *sicut in Vesperis.*

IN I. NOCTURNO.

Antiph. Angelus Domini apparuit in somnis Joseph, dicens: Surge, & accipe Puerum, & Matrem ejus, & fuge in Ægyptum, & esto ibi, usque dum dicam tibi alleluia. *Psalmi primi Nocti. de Communi Conf. non Pontif.*

℣. Confitebor nomini tuo alleluia.

℟. Quoniam adjutor, & Protector factus es mihi alleluia.

De Libro Geneseos.

Lect. 1. Cap. 39. a.

IGitur Joseph ductus in Ægyptum, emitque, eum Putiphar Eunuchus Pharaonis, Princeps exercitus, vir Ægyptius: de manu Ismaelitarum, à quibus perductus erat. Fuitque Dominus cum eo, erat vir in cunctis prosperè agens, habitavitque in domo domini sui, qui optimè noverat, Dominum esse cum eo, & omnia, quæ gereret,

ab

ab eo dirigi in manu illius. Invenitque Joseph gratiam coram Domino suo, & ministrabat ei, à quo præpositus omnibus gubernabat creditam sibi domum. & universa, quæ ei tradita fuerant. Benedixitque Dominus domui Ægyptii propter Joseph, & multiplicavit tam in ædibus, quàm in agris cunctam ejus substantiam. Nec quidquam aliud noverat, nisi panem, quo vescebatur. Erat autem Joseph pulchra facie, & decorus aspectu. Tu autem Domine, miserere nobis ℟. Deo gratias

℟. Clamavit Populus ad Regem, alimenta petens * Quibus ille respondit: Ite ad Joseph alleluia.

℣. Salus nostra in manu tua est, respice nos tantùm, & læti serviemus Regi: Quibus ille &c.

Lect. ii. Gen. c. 41. e.

PLacuit Pharaoni consilium, & cunctis ministris ejus, locutusque est ad eos: Num invenire poterimus talem virum, qui spiritu Dei plenus sit? Dixit ergo ad Joseph: Quia ostendit tibi Deus omnia, quæ locutus es; numquid sapientiorem, & consimilem tui invenire potero? Tu eris super domum meam, & ad tui oris imperium cunctus populus obediet, uno tantùm Regni solio te præcedam. Dixitque rursus Pharao ad Joseph: Ecce constitui te super universam terram Ægypti. Tulitque annulum de manu sua, & dedit eum in manu ejus, vestivitque eum stola byssina, & collo torquem auream circumposuit. Fecitque eum ascendere super currum suum secun-

secundum, clamante præcone, ut omnes coram eo genuflecterent, & præpositum esse scirent universæ Terræ Ægypti. Tu autem &c,

℟. Fecit me Deus quasi patrem Regis, & dominum universæ domus ejus. * Exaltavit me, ut salvosfaceret multos populos, alleluia.

℣. Venite ad me, & ego dabo vobis omnia bona Ægypti, ut comedatis medullam terræ. Exaltavit.

Lect. iii. Gen. c. 41. f.

DIxit quoque Rex ad Joseph: Ego sum Pharao: absque tuo imperio non movebit quisquam manum, aut pedem in omni terra Ægypti. Vertirque nomen ejus, & vocavit eum lingua Ægyptiaca Salvatorem mundi. Deditque illi uxorem Aseneth filiam Putiphare Sacerdotis Heliopoleos: Egressus est itaque Joseph ad terram Ægypti (triginta autem annorum erat, quando stetit in conspectu Regis Pharaonis) & circuivit omnes Regiones Ægypti. Venitque fertilitas septem annorum, & in manipulos redactæ segetes congregatæ sunt in horrea Ægypti. Omnis etiam frugum abundantia in singulis urbibus condita est. Tantaque fuit abundantia tritici, ut arenæ maris coæquaretur, & copia mensuram excederet. Tu autem.

℟. Jam lætus moriar, quia vidi faciem tuam & superstitem te relinquo. Non sum fraudatus aspectu tuo * Insuper ostendit mihi Dominus semen tuum, alleluia.

℣. Qui

℣. Qui pascit me ab adolescentia mea, benedicat pueris istis. & invocetur super eos nomen meum. Insuper. Gloria Patri. Insuper.

IN II. NOCTURNO.

Antiph. Angelus Domini apparuit in somnis Joseph, dicens: Surge, & accipe Puerum, & Matrem ejus, & vade in terram Israël; defuncti sunt enim qui quærebant animam pueri. alleluia.

Psalmi secundi Nocturni de Communi Confessoris non Pontificis

℣. Respice de Cœlo, & vide, & visita vineam istam, allelnia.

℟. Et perfice eam, alleluia.

Sermo Sancti Bernardini Senensis.

Sermone 1. de S. Joseph.

Lectio iv.

OMnium singularium gratiarum, alicui rationabili creaturæ communicatarum, generalis regula est. quòd quandocunque divina gratia elegit aliquem ad aliquam gratiam singularem, seu ad aliquem sublimem statum, omnia charismata donet, quæ illi personæ sic electæ, & ejus officio necessaria sunt, atque illam copiosè decorant. Quod maximè verificatum est in Sancto Joseph, putativo Patre Domini nostri Jesu Christi, & vero sponso Reginæ mundi, & Dominæ Angelorum, qui ab æterno Patre electus est fidelis Nutritius, atque custos principalium thesaurorum suorum, scilicet Filii ejus, & sponsæ suæ; quod officium fidelissi-

deliſſime proſecutus eſt. Cui propterea Dominus ait. Serve bone, & fidelis intra in gaudium Domini tui. Tu autem Domine.

℣. Dediſti mihi protectionem ſalutis tuæ, & dextera tua ſuſcepit me. * Protector meus, & cornu ſalutis meæ, & ſuſceptor meus, alleluia.

℟. Ego Protector tuus ſum, & merces tua magna nimis. Protector.

Lectio v.

SI compares eum ad totam Eccleſiam Chriſti, nonne iſte eſt homo electus, & ſpecialis, per quem, & ſub quo Chriſtus eſt ordinatè, & honeſtè introductus in mundum? Si ergo Virgini Matri tota Eccleſia ſancta debitrix eſt, quia per eam Chriſtum ſuſcipere digna facta eſt: ſic profectò, poſt eam huic debet gratiam, & reverentiam ſingularem. Ipſa enim eſt clavis veteris Teſtamenti, in qua Patriarchalis, & Prophetalis dignitas promiſſum conſequitur fructum. Porrò hic eſt ſolus, qui corporaliter poſſedit, quod eis divina dignatio repromiſit. Meritò igitur figuratur per illum Patriarcham Joſeph, qui populis frumenta ſervavit. Sed & hic illum præcellit, quia non ſolum Ægyptiis panem corporalis vitæ, ſed omnibus electis panem de cœlo, qui cœleſtem vitam tribuit, cum multa ſolertia enutrivit. Tu autem.

℣. Statuet filios ſuos ſub tegmine illius, & ſub ramis ejus morabitur, protegetur ſub tegmine illius à fervore: * Et in gloria ejus requieſcet; alleluia.

℟. Spe-

℣. Sperate in eo omnis congregatio populi, effundite coram illo corda vestra. Et in gloria.

Lectio vi.

PRofectò dubitandum non est; Christus familiaritatem, reverentiam, aque sublimissimam dignitatem, quam sibi exhibuit, dum ageret in humanis tanquam filius Patri suo, in cælis utique non negavit, quin potiùs complevit, & consumavit. Unde non immeritò in verbo propositò à Domino sub infertur: Intra in gaudium Domini tui. Unde, licèt gaudium æternæ beatitudinis in cor hominis intret, maluit tamen Dominus ei dicere: Intra in gaudium: ut mysticè innovatur, quod gaudium illud non solùm in eo sit intra, sed undique illum circumdans, & absorbens, & ipsum velut abyssus infinita submergens. Memento igitur nostri beate Joseph, & tuæ orationis suffragia apud tuum putativum Filium intercede: sed & Beatissimam Virginem Sponsam tuam nobis propitiam redde, quæ Mater est ejus, qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivit & regnat per infinita sæcula sæculorum. Amen. Tu autem Domine.

℟. Si consistant adversum me castra, Non timebit cor meum: * Si exurgat adversum me prælium, in hoc ego sperabo, alleluia.

℣. In te cantatio mea semper, quoniam tu adjutor fortis. Si exurgat. Gloria Patri: Si exurgat.

IN III. NOCTURNO.

Antiph. Consurgens Joseph accepit Puerum, & Matrem

Matrem ejus, & venit in terram Isràèl: & habitavit in civitate quæ vocatur Nazareth, alleluia:

Psalmi ut in Communi Confessoris non Pontif.

℣. Invocavi Dominum Patrem Domini mei, alleluia

℟. Ut non derelinquat me in die tribulationis, alleluia.

Lectio Sancti Evangelii secundum Lucam,

Lectio vii. *Cap.* 3. *d.*

IN illo tempore: Factum est autem, cùm baptizaretur omnis populus, & Jesu baptizato, & orante, apertum est cœlum. Et reliqua.

Homilia S. Augustini Episcopi.

Lib. 2. *de consensu Evangel.*

MAnifestum est, illud, quod ait: Ut putabatur filius Joseph: propter illos dixisse, qui eum ex Joseph, sicut alii homines nascuntur, natum arbitrantur. Quos autem movet, quòd alios Progenitores Mathæus enumerat descendens à David usque ad Joseph, alios autem Lucas ascendens à Joseph usque ad David: facile est, ut advertant, duos Patres habere potuisse Josephi: unum à quo genitus, alterum à quo fuerit adoptatus. Antiqua est enim consuetudo adoptandi etiam in illo populo Dei, ut sibi filios facerent, quos non ipsi genuissent. Unde intelligitur Lucas Patrem Joseph, non à quo genitus, sed à quo fuerat adoptatus, suscepisse in Evangelio suo, cujus Progenitores sursum versus commemorat, donec exiret ad David, Tu autem Domine.

℟. Jo-

℟. Joseph fili David, noli timere accipe Mariam conjugem tuam, quod enim in ea natum est, de Spiritu Sancto est; pariet autem filium: * Et vocabis nomen ejus JESUM, alleluia.

℟. Ipse enim salvum faciet populum suum à peccatis eorum. Et vocabis.

Lectio viii.

CUm enim necesse sit, utroque Evangelista vera narrante, & Mathæo scilicèt, & Luca, ut unus eorum ejus Patris originem teneret, qui genuerat: alter ejus, qui adoptaverat Joseph; quem probabilius intelligamus adoptantis originem tenuisse, quàm eum, qui posuit Joseph genitum dicere ab illo, cujus eum filium esse narrabat: Matthæus autem dicens: Abraham genuit Isaac, Isaac genuit Jacob, atque ita in hoc verbo, quod est genuit: perseverans, donec in ultimo diceret: Jacob autem genuit Joseph: saxis expressit, ad eum Patrem se perduxisse originem generantium, à quo Joseph non adoptatus, sed genitus erat. Quamquam, si etiam Lucas genitum diceret Joseph ab Heli, nec sic nos hoc verbum perturbare deberet, ut aliud crederemus, quàm ab uno Evangelista gignentem, ab altero adoptantem Patrem fuisse commemoratum. Neque enim absurdè quisque dicitur non carne, sed charitate genuisse, quem filium sibi adoptaverit. At verò etiam nos, quibus dedit Deus potestatem filios ejus fieri, de natura, atque substantia sua non nos genuit, sicut unicum Filium:

sed

sed utique dilectione adoptavit. Tu autem Domine.

℟. Surge, & accipe Puerum, & Matrem ejus, & fuge in Ægyptum: * Et esto ibi, usque dum dicam tibi, alleluia. ℣. Ut adimpleretur, quod dictum est à Domino per Prophetam dicentem: Ex Ægypto vocavi filium meum. Et esto. Gloria Patri. Et esto.

Benedictio. Per Evangelica dicta.

Lectio sancti Evangelii secundùm Joannem.

Lectio ix. *Cap.* 16. *h.*

IN illo tempore: Dixit Jesus Discipulis suis: Modicum, & jam non videbitis me: & iterum modicum, & videbitis me, quia vado ad Patrem. Et reliqua.

Homilia S. Augustini Episcopi.

Tract. 102. in Joannem sub finem.

MOdicum est, hoc totum spatium, quo præsens pervolat sæculum. Unde dicit idem ipse Evangelista in Epistola sua: Novissima hora est. Ideò namque addidit: Quia vado ad Patrem: quod ad priorem sententiam referendum est, ubi ait: Modicum, & jam non videbitis me non ad posteriorem, ubi ait: Et iterum modicum, & videbitis me. Eundo quippe ad Patrem, facturus erat ut eum non viderent. ac per hoc non ideó dictum est, quia fuerat moriturus, & donec resurgeret, ab eorum aspectibus recessurus, sed quòd esset iturus ad Patrem: quod fecit posteà quam resurrexit,

texit & cum eis per quadraginta dies conversatus ascendit in cœlum. Tu autem Domine, miserere nobis. ℟. Deo gratiàs. Te Deum laudamus.

AD LAUDES.

Et per horas. Antiphona.

JAcob autem genuit Joseph, virum Mariæ, de qua natus est Jesus, qui vocatur Christus, alleluia. *Psalm.* Dominus regnavit. *cum reliquis de Domin: Antiph.* Missus est Angelus Gabriel à Deo in civitatem Galilææ, cui Nomen Nazareth, ad Virginē desponsatā viro, cui nomen erat Joseph, alleluia. *Antiph:* Ascendit autem Joseph à Galilæa de civitate Nazareth, in Judæam, in civitatem David, quæ vocatur Bethlehem, alleluia, alleluia. *Antiph.* Et venerunt festinantes, & invenerunt Mariam, & Joseph, & infantem positum in præsepio, alleluia. *Antiph.* Et ipse Jesus erat incipiens quasi annorum triginta, ut putabatur filius Joseph, alleluia.

Capitulum: Gen: 49.

BEnedictiones Patris tui confortatæ sunt benedictionibus patrum ejus; donec veniret desiderium collium æternorum: fiant in capite Joseph, & in vertice Nazaræi inter fratres suos.

Hymnus.

COElitum Joseph, decus atque nostræ
Certa spes vitæ, columenque mundi.
Quas tibi læti canimus, benignus
Suscipe laudes,
Sator rerum statuit pudicæ
ginis Sponsum voluitque Verbi

Te Patrem, dici dedit & miniſtrum
Eſſe ſalutis.
Tu Redemptorem ſtabulo jacentem,
Quem chorus Vatum cecinit futurum,
Aſpicis gaudens, humiliſque natum.
Numen adoras.
Rex Deus Regum, dominator orbis,
Cujus ad nutum tremit inferorum
Turba, cui pronus famulatur æther.
Se tibi ſubdit.
Laus ſit excelſæ Triadi perennis,
Quæ tibi præbens ſuperos honores,
Det tuis nobis meritis beatæ
Gaudia vitæ. Amen.

℣. Dediſti mihi protectionem ſalutis tuæ alleluia.
℟. Et dextera tua ſuſcepit me, alleluia.

Ad Benedictus. Antiphona.

Joſeph fili David, noli timere accipere Mariam conjugem tuam: quod enim in ea natum eſt, de Spiritu Sancto eſt, alleluia.

Oratio.

DEUS, qui ineffabili providentia beatum Joſeph Sanctiſſimæ Genitricis tuæ Sponſum eligere dignatus es: præſta quæſumus, ut quem Protectorem veneramur in terris, Interceſſorem habere mereamur in cœlis, Qui vivis, & regnas.

Et fit commemoratio Dominicæ.

Antiph.

Modicum, & non videbitis me, dicit Dominus: iterum

iterum modicum, & videbitis me, quia vado ad Patrem, alleluia alleluia.

℣. In resurrectione tua Christe, alleluia.

℟. Cœli, & terra lætentur, alleluia.

Oratio.

DEUS, qui errantibus, ut in viam possint redire justitiæ, veritatis tuæ lumen ostendis: da cunctis, qui Christiana professione censentur, & illa respuere, quæ huic inimica sunt nomini, & ea, quæ sunt apta sectari. Per Dominum.

Ad Tertiam. *Antiphona.*

Missus est.

Capitul. Benedictiones Patris tui. *ut suprà.*

℟. *breve.* Constituit eum Dominum domus suæ* Alleluia, alleluia. Constituit eum.

℣. Et principem omnis possessionis suæ, Alleluia.

Gloria Patri. Constituit.

℣. Confitebor nomini tuo, Alleluia.

℟. Quoniam adjutor & Protector factus es mihi, alleluia,

Ad Sextam. *Antiphona.*

Ascendit autem.

Capitulum. Gen: 49.

DEUS patris tui erit adjutor tuus, & omnipotens benedicet tibi benedictionibus Cœli desuper.

℟. *breve*

℟. *breve.* Confitebor nomini tuo, * Alleluia, alleluia. Confitebor.

℟. Quoniam adjutor, & Protector factus es mihi. Alleluia, alleluia.

Gloria Patri. Confitebor.

℣. Justus germinabit sicut lilium, alleluia.

℟. Et florebit ante Dominum, alleluia.

Ad Nonam. *Antiphona.*

Et ipse Jesus.

Capitulum. *Gen: 49.*

Filius accrescens Joseph, filius accrescens, & decorus aspectu: filiæ discurrerunt super murum,

℟. *breve.* Justus germinabit sicut lilium, * Alleluia, alleluia. Justus germinabit.

℣. Et florebit in æternum ante Dominum. Alleluia, alleluia.

Gloria Patri. Justus.

℣. Plantatus in domo Domini, alleluia.

℟. In atriis domus Dei nostri, Alleluia.

In secundis Vesperis, omnia, ut in primis exceptis sequentibus.

℣. Sub umbra illius, quem desideraveram, sedi, alleluia.

℟. Et fructus ejus dulcis gutturi meo, alleluia.

Ad Magnificat. *Antiphona.*

Fili, quid fecisti nobis sic? ecce, Pater tuus, & ego dolentes quærebamus te, alleluia.

Oratio

Oratio.

DEUS, qui ineffabili, *ut supra*:

Et fit commemoratio Dominicæ.

Antiphona.

Amen dico vobis, quia plorabitis, & flebitis vos: mundus autem gaudebit, vos verò contristabimini: Sed tristitia vestra vertetur in gaudium, alleluia.

℣. Mane nobiscum Domine, alleluia.

℟. Quoniam advesperascit, alleluia.

Oratio.

DEUS, qui errantibus, *ut supra.*

TABULA
ORTUS & OCCASUS SOLIS
Ad Elevationem Graduum 52.

JANUARIUS.

	Ortus		Occasus	
Dies	Hor:	qu:	hor:	qu.
	4.	8.	1.	3. 3.
1.	7.	8.	0.	4. 0.
2.	7.	7.	3.	4. 1.

FEBRUARIUS.

	4.	7.	2.	4. 2.
1.	2.	7.	1.	4. 3.
2.	0.	7.	0.	5. 0.
2.	8.	6.	3.	5. 1.

MARTIUS.

	7.	6.	2.	5. 2.
1.	3.	6.	1.	5. 3.
2.	0.	9.	Æquin	6. 0.
2	8.	5.	2.	6. 1.

APRILIS.

	5.	5.	2.	0. 2.
1.	3.	5.	3.	6. 3.
2.	0.	5.	0.	7. 0.
2.	7.	4.	3.	7. 1.

MAJUS.

	6.	4.	2.	7. 2.
1.	4	4.	1.	7. 3.
2.	5.	4.	0.	8. 0.

JUNIUS.

	8.	3.	3.	8. 1.

22. Solstitium Æstivum.

JULIUS.

	Ortus		Occasus.	
Dies.	hor.	qu.	hor.	qu.
	5.	3.	3.	8. 1.
1.	9.	4.	0.	8. 0.
3.	1.	4.	1.	7. 3.

AUGUSTUS.

	8.	4.	2.	7. 2.
1.	8.	4.	3.	7. 1.
2.	5.	5.	0.	7. 0.

SEPTEMBER.

	1.	5.	1.	6. 3.
	8.	5.	2.	6. 2.
1.	6.	5.	3.	6. 1.
2.	3.	Æquin:		6. 0.

OCTOBER.

	2.	6.	1.	5. 3.
	19.	6.	2.	5. 2.
	26.	9.	3.	5. 1.
	3.	7.	0.	5. 0.

NOVEMBER.

	1.	7.	1.	4. 3.
	8	7.	2.	4. 2.
1.	7	7.	3.	4. 1.
2.	7	8.	0.	4. 0.

DECEMBER.

1.	0.	8.	1.	3. 3.

22. Solstitium Hyemale.

OFFICIUM SANCTISSIMI CORDIS DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI.

Feria sextâ post Octavam Sanctissimi Corporis Christi, sub Ritu Duplicis Majoris.

Ad VESPERAS

Antiphona. Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde.

Psalmus: Dixit Dominus Domino meo.

Ant: Sanctificavi locum istum, ut sit Nomen meum ibi in sempiternum, & permaneant oculi mei, & cor meũ ibi cunctis diebus.

Psal: Confitebor Tibi Domine.

Ant: Et dixi: Ergo sine causa justificavi cor meum, & lavi inter innocentes manus meas, & fui flagellatus tota die.

Psal: Credidi propter quod.

Ant: Secundum multitudinem dolorum meorum in Corde meo, consolationes tuæ lætificaverunt animam meam.

Psal: Beati omnes qui:

Ant: Pone me ut Signaculum super Cor tuum, ut Signaculum super brachium tuum.

Psal: Lauda Jerusalem.

Capitulum Isaiæ 12.

ECce Deus Salvator meus, fiducialiter agam, & non timebo, quia fortitudo mea, & laus mea Dominus, & factus est mihi in salutem. Haurietis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris.

AUctor beate sæculi,
Christe Redemptor omnium,
Lumen Patris de lumine,
Deúsque verus de Deo.
Amor coégit Te tuus.
Mortále corpus súmere,
Ut novus Adam rédderes;
Quod vetus ille abstulerat.
Ille Amor almus Artifex
Terræ, maríscûe, & syderum,
Erráta Patrum míserans,
Et nostra rumpens vincula.
Non Corde discédat tuo
Vis illa Amóris ínclyti:
Hoc fonte gentes háuriant,
Remissiónis gratiam.
Percussum ad hoc est láncea,
Passúmque ad hoc est vulnera;
Ut nos laváret sordibus
Unda fluènte, & sángvine.
Decus Parénti, & Filio,
Sanctóque sit Spiritui,
Quibus potestas, gloria,
Regnumque in omne est sæculum, A.

℣. Ignem veni míttere in terram.
℟. Et quid volo, nisi ut accendatur?

Ad Magnificat.

Ant: Impropérium expectavit Cor meũ, & misériam: & sustínui qui simul contristarétur, & non fuit, & qui consolarètur, & non invéni.

ORA-

CONcéde quæsumus Omnípotens Deus, ut qui in sanctíssimo dilécti Filii Tui Corde gloriántes, præcípua in nos Charitátis ejus beneficia recolimus, eórum páriter & actu delectémur, & fructu. Per eúndem Dominum nostrum.

Ad MATUTINUM.

Invitatorium.

Christum pro nobis passũ: Venite adoremus.

Psal: Venite Exultemus Domino.

HYMNUS.

EN, ut supérba criminum,
Et sæva nostrórum cohors,
Cor sauciávit innocens
Meréntis haud tale Dei!
Vibrántis hastam Militis
Peccáta nostra dírigunt;
Ferrúmque diræ cúspidis,
Mortále crimen acuit.
Ex Corde scisso Eccléfia
Christo jugáta náscitur;
Hoc óstium Arcæ in látere est,
Genti ad salútem pósitum.
Ex hoc perénnis Gratia,
Ceu septifórmis flúvius,
Stolas ut illic sórdidas.
Lavémus Agni in sángvine.
Turpe est redíre ad crimina,
Quæ Cor beátum lácerent:
Sed æmúlemur córdibus
Flammas Amóris indices.

Hoc, Christe nobis, hoc Pater,
Hoc Sancte dona Spiritus,
Quibus potéstas, gloria,
Regnúmque in omne est sæculum, A.

IN I NOCTURNO.

Ant: Quid est homo, quia magnificas eum, aut quid appónis erga eum Cor tuum?

Psal: Domine Dominus noster. ut in Offic. B. V. M.

Ant: Meditátio Cordis mei in conspectu tuo semper.

Ant: Elevámini Portæ æternáles, & introíbit Rex glóriæ.

℣. Domine dabis pacem nobis.

℟. Omnia enim ópera nostra operátus es nobis.

De Isaia Prophéta. *Cap.* 12.

LECTIO I.

CONfitébor Tibi Dómine, quóniam irátus es mihi: Conversus est furor tuus, & consolátus es me. Ecce Deus Salvátor meus: fiduciáliter agam, & non timébo: quia fortitudo mea, & laus mea Dóminus, & factus est mihi in sálutem. Hauriétis aquas in gaudio de fóntibus Salvatóris. Et dicétis in die illa: Confitémini Dómino, & invocáte nomen ejus, mementóte quóniam excélsum est Nomen ejus. Cantáte Dómino, quóniam miríficè fecit: annuntiáte hoc in univérsa terra. Exúlta, & láuda habitátio Sion, quia magnus in médio tui Sanctus Israel.

℟. Ego sum panis vitæ: Patres vestri manducavérunt manna in desérto & mórtui sunt:

* Hic

* Hic est panis de Cœlo descéndens, ut si quis ex ipso manducet, non moriátur.

℣. Ego sum panis vivus, qui de Cœlo descéndi, si quis manducáverit ex hoc pane, vivet in æternum. Hic est.

LECTIO II. Cap. 26.

IN die illa cantábitur Cánticum istud in Terra Juda, Urbs fortitúdinis nostræ Sion, Salvátor ponétur in ea murus, & antemurále. Aperíte portas, & ingrediátur Gens justa, custódiens veritátem. Verus error abiit, servábis pacem, pacem quia in Te speravimus. Sperástis in Dómino in sæculis ætérnis, in Dómino Deo forti in perpétuum. Quia incurvábit habitántes in excélso, Civitátem sublímem humiliábit, humiliabit eam usque ad terram.

℟. Ecce vidimus Eum non habéntem spéciem, neque decórem: aspéctus ejus in eo non est: hic peccáta nostra portávit, & pro nobis dolet: ipse áutem vulnerátus est propter iniquitátes nostras, * Cujus livóre sanati sumus.

℣. Veré langvóres nostros ipse tulit, & dolóres nostros Ipse portavit. Cujus livóre.

LECTIO III.

SEmita justi recta est, rectus callis justi ad ambulandum: & in sémita judiciórum tuorum Dómine sustinúimus Te: Nomen tuum, & memoriále tuum in desiderio animæ. Anima mea desiderávit Te in nocte, sed & spíritu meo in præcórdiis meis de mane vigilábo

gilabo ad Te. Cùm féceris judicia tua in terra, justitiam discent habitatóres Orbis.

℟. Benedíctus Dominus Deus Israel, qui facit mirabília magna solus. * Et benedíctum nomen Majestátis Ejus in æternum.

℣. Replébitur Majestáte Ejus omnis terra, fiat, fiat. Et benedictum.

Glória Patri. Et benedictum.

IN II NOCTURNO.

Ant: Afferéntur in lætítia, & exultatione, adducéntur in Templum Regis.

Psalmi ut in Offic. B. V. MARIÆ.

Ant: Sanctificavit Tabernáculum suum Altíssimus.

Ant: Sicut lætántium ómnium habitatio est in Te.

℣. Conversus est furor tuus.

℟. Et consolátus es me.

De Sermóne S. Bernardi Abbatis Serm: 3. de Pass.

LECTIO IV.

QUia semel vénimus ad Cor dulcíssimum JEsu, & bonum est nos hic esse, ne sinámus nos fácile avélli ab Eo, de quo scriptum est: Recedentes à te in terra scríbentur. Quid áutem accedéntes? Tu ipse doces nos: Tu dixísti accedéntibus ad Te: Gaudéte quia nómina vestra scripta sùnt in Cœlo. Accedamus ergo ad Te, & exultabimur & lætabimur in Te, mémores Cordis tui. O quàm bonum, & quàm jucundum habitáre in Corde hoc! Quin potius dabo omnia, omnes cogitationes,

nes, & affectus mentis commutábo, jactans omne cogitatum meum in Cor Dómini Jesu, & sine fallacia illud me enútriet.

℟. Qui mandúcat meam carnem, & bibit meum Sánguinem * in me manet & ego in eo.

℣. Non estália nátio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquántes sibi, sicut Deus noster adest nobis. In me manet.

LECTIO V.

AD hoc Templum, ad hæc Sancta Sanctórum, ad hanc Arcam Testaménti adorabo, & laudábo nomen Dómini, dicens cum David: Invénit cor meum, ut orem Deum meum. Et Ego invéni Cor Regis, Fratris, & amíci benígni JEsu. Et numquit non adorabo? Hoc ígitur Corde tuo, & meo, dulcíssime JEsu, invénto, orábo Te Deum meum: admítte tantum in Sacrárium exauditiónis tuæ preces meas; imo me totum trahe in Cor tuum. O! ómnium pulchritúdine speciosíssime JEsu, ámplius lava me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me; ut purificátus per Te purissimum, possim accedére, & in Corde tuo ómnibus diebus vitæ meæ merear habitare, & ut videre simul & facere tuam váleam voluntátem.

℟. Sicut ovis ad occisiónem ductus est, & dum malè tractarétur, non apéruit os suũ; tráditus est ad mortem, * ut vivificáret pópulum suum.

℣. Tradidit in mortem ánimam suam, & inter scelerátos reputátus est. Ut vivificáret.

LECTIO

AD hoc enim perforátum est latus tuum, ut nobis patescat introítus. Ad hoc vulneratum est Cor tuum, ut in illo, & in Te ab exteriórib us perturbatiónibus absoluti habitáre possimus. Nihilóminus & propterea vulnerátum est, ut per vulnus visíbile, vulnus Amóris invisíbile videámus. Quómodo hic ardor méliùs ostendi potest, nisi quòd non solùm Corpus, verùm étiam ipsum Cor láncea vulnerári permisit? Carnále ergo vulnus, vulnus spirituále osténdit. Quis illud Cor tam vulnerátum non diligat? quis tam amans non redámet? Quis tam castum non amplectátur? Nos igitur adhuc in corpore manéntes, quantum póssumus amémus, redamémus, amplectámur Vulnerátum nostrum, cujus impii agricolæ fodérunt manus, & pedes; latus, & Cor: stemúsque, ut cor nostrum durum adhuc, & impœnitens, Amóris sui vinculo constringere, & jáculo vulneráre dignètur.

Quam charitátem Christi patiéntis, & pro generis humani redemptióne moriéntis, atque in suæ mortis commemorationem instituéntis Sacramentum Corporis, & sanguinis sui, ut Fidéles sub sanctíssimi Cordis Symbolo devótiùs, ac fervéntiùs récolant, ejúsdémque fructus ubériùs percipiant, Clemens XIII. Pont. Max. ejúsdem sanctíssimi Cordis Festum. quibúsdam peténtibus Eccléfiis celebráre permisit.

℟. Ma-

℟. Magnus Dóminus & laudábilis nimis: & sapientiæ ejus non est numerus.

℣. Magnus Dóminus & magna virtus ejus, & sapiéntiæ ejus non est finis. Et sapiéntiæ.

IN III. NOCTURNO,

Ant: Annuntiáte de die in diem salutáre ejus.

Psalm: In Officio B. V. MARIÆ,

Ant: Adoráte eum omnes Angeli ejus: audivit, & lætáta est Sion.

Ant: Vidérunt omnes términi terræ salutare Dei nostri.

℣. Ex Sion spécies décoris ejus.

℟. Deus noster maniféste véniet.

Lectio Sancti Evangelii secúndum Joannem. Cap. 19. 31.

LECTIO VII.

IN illo tempore Judæi, quóniam Parascéve erat, ut non remanérent in Cruce córpora Sábbato (erat enim magnus dies ille Sábbati) rogavérunt Pilatum, ut frangeréntur eórum crura, & tolleréntur. Et reliqua. Homilia Sancti Augustini Episcopi.

Tract. 120. in Joan.

UNus mílitum lánceâ latus ejus apèruit, & contínuó exivit sangvis, & aqua. Vigilánti verbo Evangelista usus est, ut non díceret latus ejus percússit, aut vulnerávit, aut quid aliud; sed apéruit, ut illud quodámmodo vitæ óstium panderétur, unde Sacraménta manavérunt, sine quibus ad vitam, quæ vera vita est, non intratur. Ille sangvis, qui fusus est, in remissió-

in remissiónem fusus est peccatórum. Aqua illa salutáre témperat póculum, hæc & lavácrum præstat, & potum. Hoc prænunciábat quod Noe in latere Arcæ óstium facere jussus est, quó intrárent animalia, quæ non erant diluvio peritúra, quibus figurabátur Ecclésia.

℟. Misit me vivens Pater, & ego vivo propter Patrem: * & qui mandúcat me vivet propter me.

℣. Cibávit illum Dóminus pane Vitæ, & intellectus. Et qui mandúcat.

De Homilia S. Joannis Chrysost: Homil. 84.

LECTIO VIII.

VIdes, quanta sit véritas? per ea, quæ Judæi faciunt, prophetia implétur, alia enim ex hoc manifestáta est. Venérunt ergo Milites, & aliórum fregèrunt crura, non Christi; sed ad Judæórum grátiam conciliándam, latus Ejus, lánceâ aperuérunt, & mortuo adhuc insultant. O! pessimam voluntatem, ac scelestíssimam! Noli tamen pertubári, o! dilectíssime; quæ enim malo illi ánimo patrárunt, veritáti consentiébant, prophetia hinc impléta est, inquiens: vidébunt in quem transfixérunt. Neque hoc tantùm, sed non creditúris fuit fidei argumentum, ut Thomæ, & qui cum eo erant. Ad hæc & arcánum mysterium confirmátum est; exivit enim sangvis & aqua: non casu, & simpliciter hi fontes scaturièrunt, sed quóniam ex ambóbus Ecclésia constitúta est.

℟.

℣. Recéssit Pastor noster, fons aquæ vivæ, ad cujus tránsitum Sol obscuratus est. * Portas mortis & seras pariter Salvátor noster disrupit.

℣. Destrúxit quidem cláustra inférni, & subvértit poténtias diáboli. Portas.

Gloria Patri. Portas.

De Homilia S. Bonaventúræ Episcopi.

Lib. De ligno Vitæ.

LECTIO IX.

POrro ut de látere Christi dormiéntis formarétur Ecclesia, divina est ordinatióne indultum, ut unus Mílitum lánceâ latus, sacrum illud aperiéndo perfóderet, quatenus sánguine cum aqua manánte, prétium effunderétur nostræ salútis, quod a fonte scilicet, Cordis arcáno profúsum, vim daret Sacraméntis Eccléſiæ, ad vitam grátiæ conferéndam; essetque jam in Christo vivéntibus póculum fontis vivi, saliéntis in vitam ætérnã. Surge ìgitur ánima amica Christi, vigiláre non cesses, ibi os appóne, ut hauriàs aquas de Fóntibus Salvátoris.

Te Deum laudámus.

Ad LAUDES.

Et per Horas.

Ant: Discite à me *ut supra*

Psal: Dominus regnavit. *Cum reliquis de Dominica.*

Capitulum Isaiæ 12.

Ecce Deus Salvátor meus, *ut supra.*

HYMNUS.

COR, Arca legem còntinens
Non servitútis véteris;
Sed Grátiæ, sed vè niæ, Sed

Sed & misericordiæ.
Cor, Sanctuárium novi
Intemerátum Fœderis,
Templum vetústo sánctius,
Velúmque scissum utílius:
Te vulnerátum Cháritas
Ictu paténti vóluit;
Amóris invisíbilis,
Ut venerémur vulnera.
Hoc sub Amóris symbolo
Passus cruénta, & mystica,
Utrúmque sacrificium
Christus Sacerdos óbtulit.
Quis non Amántem rédamet?
Quis non redémptus díligat,
Et Corde in isto séligat
Ætérna tabernácula?
Decus Parénti, & Filio,
Sanctóque sit Spiritui,
Quibus potéstas glória,
Regnumque in omne est sæculum. A.
℣. Veré langvóres nostros Ipse tulit.
℟. Et dolóres nostros Ipse portávit.

Ad Benedictus Antiphona.

Vulneratus est propter iniquitátes nostras; attritus est propter scélera nostra: disciplina pacis nostræ super Eum, & livóre Ejus sanáti sumus. *Oratio ut supra.*

Ad Primam.

Respons. breve. Christe Filii Dei vivi miserere nobis. Christe Filii Dei vivi miserere nobis.

℣. Qui passus es pro nobis, Miserere no:

Ad Tertiam.

Capitulum. Ecce Deus Salvátor.

℟. *breve.* Verè langvóres nostros Ipse tulit. Verè.

℣. Et dolóres nostros Ipse portavit.

Langvóres nostros Ipse tulit.

Gloria Patri. Verè.

℣. Pósuit fines tuos pacem,

℟. Et ádipe frumenti satiat Te.

Ad Sextam.

Capitulum Isaiæ 12.

Dicétis in illa die: Confitemini Dómino: & invocáte nomen Ejus; & mementóte, quóniam excélsum est nomen Ejus.

℟. *breve.* Pósuit fines tuos pacem. Posuit.

℣. Et ádipe fruménti satiat te.

Fines tuos pacem.

Gloria Patri. Pòsuit.

℣. Dirupisti Domine vincula mea.

℟. Tibi sacrificábo hóstiam láudis.

Ad Nonam. Capitulum Isaiæ 12.

Cántate Dómino quoniam mirificè fecit, annunciáte hoc in univérsa terra. Exulta & làuda hábitatio Sion, quia magnus in medio tui Sanctus Israel.

℟. *breve.* Dirúpisti Dómine vincula mea. Dirupisti.

℣. Tibi sacrificibo hóstiam láudis. Vincula mea. Gloria Patri. Dirupísti.

℣. Erit Dóminus nominatus in signũ æternũ.

℟. Quod non auferetur.

IN II. VESPERIS.

Omnia ut in primis, præter sequentia.

℣. Háurietis aquas in gáudio.
℟. De Fóntibus Salvátoris.

Ad Magnificat.

Ant: Ad JESUM autem cùm veníssent, ut viderunt Eum mortuum, non fregerunt Ejus cruta; sed unus militum lancea latus Ejus aperuit, & continuò exivit sangvis, & aqua. *Oratio ut supra.*

MISSA
De SSmo CORDE JESU.

Introitus. Hierem. in Thr. c. 3.

Miserebitur secundùm multitudinem miseratiónũ suárum; non enim humiliávit ex Corde suo, & abjecit Filios hóminum: bonus est Dóminus sperantibus in Eum, ánimæ quærenti illum. Alleluja alleluja.

Psal. 88. Misericordias Dómini in æternum cantabo: in generatiónem, & generatiónem. Gloria Patri.

Miserebitur.

ORATIO.

Concede quæsúmus, Omnipotens Deus, ut qui in sanctíssimo dilecti Fílii tui Corde gloriántes præcipua in nos Charitatis ejus beneficia recolimus: Eorũ pariter & actu delectémur, & fructu. Per eundè Dom:

Lectio Isaiæ Prophètæ. *Isaiæ c.* 12.

Confitebor Tibi Dómine; quoniam iratus es mihi: Conversus est furor tuus, & consolátus est me. Ecce Deus Salvátor meus, fiduciáliter agam, & non timébo; quia fortitudo mea, & laus mea Dóminus, & factus est mihi in salutem. Hauriétis aquas in gáudio de fontibus Salvátoris. Et dicétis in illa die: Confitémini Dómino, & invocáte Nomen Ejus, mementóte, quoniam excélsum est, Nomen Ejus. Cantáte Dómino, quoniam magnificè fecit, annunciáte hoc in universa terra. Exulta, & láuda habitátio Sion, quia magnus in médio Tui Sanctus Israel.

Graduale

O! Vos omnes! qui transítis per viam, atténdite, & vidéte, si est dolor, sicut dolor meus. V. Cùm dilexísset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit Eos. Alleluja, alleluja.

V. *Matthæi* 11. 29. Discite à Me, quia mitis sum, & humilis Corde, invenietis requiem animábus vestris. Alleluja.

†. Sequentia S. Evangelii secundum Joánnem.

Joan. 19. 31.

IN illo témpore: Judæi quoniã paraséeve erat, ut non remanérét in Cruce córpora Sábbato (erat enim magnus dies ille Sabbati) rogaverunt Pilátũ, ut frangeréntur eorũ crura, & tollerentur. Venérunt ergo mílites, & primi quidé fregérunt crura, & alterius qui crucifixus est cũ eo. Ad Jesũ autè cum veníssent, ut vidérunt Eum jam mortuum, non fregérunt Ejus crura: sed unus militum lánceâ látus ejus apèruit, & continuò exivit sanguis, & aqua Et qui vídit, testimónium perhíbuit, & verum est testimónium ejus. *Credo.*

Offertorium Psal. 102.

Bénedic ánima mea Dómino, & noli oblivíscì omnes retributiónes ejus, qui réplet in bonis desíderium tuum, Alleluja.

Secreta.

Tuére nos Dómine, tua Tibi Holocáusta offeréntes ad quæ ut fervéntius corda nostra præparéntur, flammis adúre Tuæ Divinæ Charitátis. Qui vivis & regnas.

Præfatio de Passione. Communio. Psal. 68.

Improvérium expectávit Cor meum & miseriam, & sustínui qui simul contristaretur, & non fuit; & qui consolarétur, & non inveni Alleluja

Postcommunio.

Pacificis pasti deliciis, & salutaribus Sacraméntis, Te súpplices exorámus, Dómine Deus noster, ut qui mitis es, & humilis Corde, nos à vitiórum ómnium labe purgátos, propénsius fácias à supérbis sæculi vanitátibus abhorrére. Qui vivis & regnas.

DE

DECRETUM
PRO REGNO POLONIÆ.

RElatis per Emum, & Rmum Dnum Cardinalem Albani Episcopum Sabinen: ponentem in Sacra Rituum Congregatione enixis precibus, exhibuit a plerisque Rmis Episcopis Regni Poloniæ, nec non à Confratribus Archiconfraternitatis Urbis sub Titulo SANCTISSIMI CORDIS JESU erectæ supplicantibus, pro approbatione suprascripti Officii, & Missæ propriæ ejusdem SANCTISSIMI CORDIS JESU. Sacra eadem Congregatio, audito prius R. P. D. Cajetano Forti Fidei Promotore, prædictum Officium, & Missam, prout jacent, ab eodem Emo & Rmo Dño Cardinali Ponente revisa, & examinata approbavit, atque ab utroque Clero præfatæ Regni Poloniæ, nec non ab Archiconfraternitate sub eodem titulo in Urbe erecta, singulis annis, feriâ sextâ post Octavam SANCTISSIMI CORPORIS CHRISTI, sub ritu duplicis majoris recitari, ac respectivè celebrari posse benignè concessit, si Sanctissimo Domino Nostro visum fuerit. Die 11. *Maii* 1765.

Factaque deinde per me infrascriptum Secretarium, de prædictis eidem SSmo Dño Nostro relatione, SANCTITAS SUA benignè annuit. Die 18. *ejusdem Mensis, & Anni* 1765.

Joseph Maria Card. Feroni Præfectus.

(Loco † Sigilli) *S. Burghesius Sac. Rit. Congr. Sec.*

REIMPRIMATUR.

Stanislaus WYKOWSKI Vicarius in Spiritualibus & Officialis Generalis Premislienſis. *mpp.*

Cùm Festum SSS. Trinit. uti Titulus Eccl. Cathedr. cum Oct. per universam Diœcesim celebrandum sit, Octavarium autem Rom. non ubique reperiatur; proinde in gratiam Eorum, qui illo carent, adnectuntur hic, quas etiam in posterum quisque asservare sibi poterit.

Lectiones in Die Octava SSS. Trinitatis.

In Secundo Nocturno.

Sermo S. Augustini Episcopi. *Lib.* 15. *de Trinit. initio.*

Lectio IV.

Deus ipse, quem quærimus, adjuvabit, ut spero, ne sit infructuosus labor noster: & intelligamus, quemadmodum dictum sit in Psalmo sacro: Lætetur cor quærentium Dominum. Quærite Dominum, & confirmamini: quærite faciem ejus semper. Videtur enim, quod semper quæritur, nunquam inveniri. Et

quomodo jam lætabitur, & non potius contristabitur cor quærentium, si non potuerint invenire, quod quærunt? Non enim ait: Lætetur cor invenientium, sed quærentium Dominum. Et tamen Dominum Deum inveniri posse, dum quæritur, testatur Isaias, dum dicit: Quærite Dominum. Et mox: ut inveneritis, invocate eum. ℟. *Quis.*

Lectio V.

Si ergo quæsitus inveniri potest, sicut dictum est: Quærite faciem ejus semper? An & inventus fortè quærendus est? Sic enim sunt incomprehensibilia requirenda, ne se existimet nihil invenisse, qui, quàm sit incomprehensibile, quod quærebat, potuerit invenire. Cur ergo sic quærit, si incomprehensibile comprehendit esse quod quærit, nisi quia cessandum non est, quamdiu in ipsa incomprehensibilium rerum inquisitione proficitur, & melior meliorquè fit quærens tam magnum bonum, quod & inveniendum quæritur, & quærendum invenitur? Nam & quæritur, ut inveniatur dulcius, &

& invenitur, ut quæratur avidius. ℟. *Tibi laus.*

Lectio VI.

Secundùm hoc accipi potest, quod dictum est in libro Ecclesiastici dicere Sapientiam: Qui me manducant, adhuc esurient, & qui bibunt me, adhuc sitient. Manducant enim & bibunt, quia inveniunt: & quia esuriunt ac sitiunt, adhuc quærunt. Fides quærit, intellectus invenit: propter quod ait Propheta: Nisi credideritis, non intelligetis. Et rursus intellectus eum, quem invenit, adhuc quærit. Deus enim respexit super filios hominum, sicut in Psalmo sacro canitur, ut videat, si est intelligens, aut requirens Deum. Ad hoc ergo debet homo esse intelligens, ut requirat Deum. ℟. *Magnus.*

In tertio Nocturno.

Lectio Sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio VII. Cap. 28.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Et reliqua.

Homilia Sancti Basilii Episcopi. *De vera fide, in fine.*

Tria nomina seorsum singula suam peculiarem quandam proprietatem apertè significant, quæ piè considerari in ipsis potest. Atque in Patre quidem proprietas Patris, in Filio verò proprietas Filii, in Spiritu Sancto postremò sua quædam à duobus diversa proprietas: cùm neque Spiritus Sanctus à seipso loquatur, neque Filius à semetipso faciat quidquam: ac Pater quidem Filium mittat, Filius verò Spiritum Sanctum. Sic sentimus, & sic baptizamus in Trinitatem consubstantialem, idquè ex præcepto ipsius Domini nostri Jesu Christi, qui dixit. Euntes docete omnes Gentes, baptizantes

tes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti: docentes eos servare omnia, quæcunque mandavi vobis. ℟. *Benedicamus.*

Lectio VIII.

Quæ servantes, & charitatem erga illum habere nos demonstramus, & digni efficimur, qui in ea maneamus. Quod cùm ita sit, magnopere hortor, & oratos velim vos, fratres charissimi, ut missa istiusmodi curiosa investigatione, flagitiosaquè verborum contentione, his contenti simus, quæ à sanctis viris, atque ab ipso adeò Domino nostro Jesu Christo dicta sunt. Eaquè sentiamus, quæ respondenat cælesti vocationi: & vitam agamus Christi Evangelio convenientem, sempiternam vitam, & cæleste regnum sperantes, paratum omnibus servantibus mandata Dei Patris, quæ sunt secundùm Evangelium beati Dei Jesu Christi Domini nostri, in Spiritu Sancto, & veritate. ℟. *Duo Seraphim.*

Nona Lect. de Homilia Dominicæ infræ Octavam Corporis Christi.

TABULA Occasûs Solis Jn Horisonte Luceor. sub Grad. 50. minut. 40

Dies.	Januarius.		Februarius.		Martius.		Aprilis.		Maius.		Junius.	
	H.	M.	H.	M.	H.	M.	H.	M.	H.	M.	H.	M.
1	3	54	4	31	5	23	6	23	7	18	8	
2	3	55	4	33	5	25	6	25	7	19	8	1
3	3	55	4	34	5	27	6	26	7	21	8	2
4	3	56	4	36	5	29	6	28	7	23	8	2
5	3	57	4	37	5	31	6	30	7	24	8	3
6	3	58	4	39	5	33	6	32	7	26	8	4
7	3	58	4	41	5	35	6	34	7	27	8	4
8	3	59	4	42	5	37	6	36	7	29	8	5
9	4		4	44	5	39	6	38	7	31	8	6
10	4	1	4	46	5	41	6	40	7	33	8	6
11	4	2	4	48	5	43	6	42	7	34	8	7
12	4	3	4	50	5	44	6	44	7	35	8	7
13	4	4	4	51	5	46	6	45	7	37	8	7
14	4	5	4	53	5	48	6	47	7	39	8	8
15	4	7	4	55	5	50	6	49	7	40	8	8
16	4	8	4	57	5	52	6	51	7	41	8	8
17	4	9	4	59	5	54	6	53	7	43	8	8
18	4	11	5		5	56	6	55	7	44	8	8
19	4	12	5	2	5	58	6	56	7	45	8	8
20	4	13	5	4	6		6	58	7	47	8	8
21	4	14	5	6	6	2	7		7	48	8	8
22	4	16	5	8	6	4	7	2	7	49	8	8
23	4	17	5	10	6	6	7	4	7	50	8	8
24	4	19	5	12	6	8	7	6	7	52	8	8
25	4	20	5	14	6	9	7	7	7	53	8	8
26	4	22	5	16	6	11	7	9	7	54	8	8
27	4	23	5	17	6	13	7	11	7	55	8	7
28	4	24	5	19	6	15	7	13	7	56	8	7
29	4	26	5	21	6	17	7	14	7	57	8	6

Dies.	Julius.		Augustus		Sept.		Octob.		Novemb.		December.	
	H.	M.	H.	M.	H.	M.	H.	M.	H.	M.	H.	M.
1	8	6	7	31	6	36	5	39	4	42	4	1
2	8	5	7	29	6	34	5	37	4	40	4	
3	8	4	7	28	6	32	5	35	4	39	3	59
4	8	4	7	26	6	30	5	34	4	37	3	58
5	8	3	7	24	6	28	5	31	4	35	3	57
6	8	2	7	23	6	26	5	29	4	34	3	57
7	8	2	7	21	6	25	5	27	4	32	3	56
8	8	1	7	19	6	23	5	26	4	30	3	55
9	8		7	18	6	21	5	24	4	29	3	55
10	7	59	7	16	6	19	5	22	4	27	3	54
11	7	58	7	14	6	17	5	20	4	26	3	54
12	7	67	7	13	6	15	5	18	4	24	3	53
13	7	55	7	11	6	13	5	16	4	23	3	53
14	7	55	7	9	6	11	5	14	4	21	3	53
15	7	54	7	7	6	9	5	12	4	20	3	52
16	7	53	7	5	6	7	5	11	4	19	3	52
17	7	52	7	4	6	6	5	9	4	17	3	52
18	7	09	7	2	6	4	5	8	4	16	3	52
19	7	48	7		6	2	5	5	4	14	3	52
20	7	47	6	58	6		5	3	4	13	3	52
21	7	45	6	57	5	58	5	2	4	12	3	52
22	7	45	6	55	5	56	5		4	10	3	52
23	7	44	6	53	5	54	4	58	4	9	3	52
24	7	43	6	51	5	52	4	56	4	8	3	52
25	7	41	6	49	5	50	4	54	4	7	3	52
26	7	40	6	47	5	48	4	53	4	6	3	51
27	7	39	6	46	5	47	4	51	4	5	3	52
28	7	37	6	44	5	45	4	49	4	4	3	53
29	7	36	6	42	5	43	4	47	4	3	3	53
30	7	34	6	40	5	41	4	46	4	2	3	53
31	7	33	6	38			4	44			3	54

Die XXV. Junii.

IN FESTO S. GULIELMI ABBATIS

DUPLEX MINUS.

Oratio.

Deus, qui infirmitati noſtræ ad terendum ſalutis viam in Sanctis tuis exemplum & præſidium collocaſti; da nobis, ita Beati Gulielmi Abbatis merita venerari, ut ejuſdem excipiamus ſuffragia, & veſtigia proſequamur. Per Dominum.

In I. Noct. Lect. Juſtus ſi morte.

In II. Nocturno. Lectio IV.

Gulielmus nobilibus parentibns Vercellis in Inſubria natus, vix quar-

tumdecimum ætatis annum expleverat, cùm miro quodam pietatis ardore flagrans Compoſtellanam peregrinationem ad celeberrimum Sancti Jacobi Templum aggreſſus eſt. Quod iter una amictus tunica, ac duplici ferreo circulo præcinctus, nudiſque pedibus proſecutus, aſperrima frigoris & æſtus, famis & ſitis ſummo cum vitæ diſcrimine perpeſſus eſt incommoda. Reverſus in Italiam, novam ad Sanctum Domini Sepulchrum peregrinationem molitur; ſed quominus propoſitum exequatur, varia atque graviſſima intercedunt impedimenta, Divino Numine ad altiora & Sanctiora religio-

ſam

ſam Juvenis indolem retrahente. Porro in ſoliculo monte biennium inter aſſiduas preces, vigilias, chamèunias, & jejunia commoratus, Divina ſubnixus ope, cæco lumen reſtituit, cujus miraculi fama percrebreſcente, jam Gulielmus latere non poterat: quare iterum Hieroſolymam cogitat, & alacris ſe, itineri committit. ℟. Honeſtum fecit.

Lectio V.

Dei autem monitu, qui eidem apparuit, revocatur, utilior, ac fructuoſior tam apud Italos, quàm apud exteras nationes futurus. Tum Monaſterium in Virgiliani Montis cacumine,

quod deinde Virginis est appellatum, loco aspero & inaccesso miranda exædificat celeritate. Socios deinde viros & Religiosos adsciscit, eosque ad vivendi normam, Evangelicis præceptis, & consiliis summopere accomodatam, tum certis legibus ex Beati Benedicti institutis magna ex parte desumptis, tum verbo, & Sanctissimæ vitæ exemplis informat. ℟. Amavit eum.

Lectio VI.

Aliis deinde Monasteriis erectis, clarior in dies Gulielmi facta sanctitas, multos ad eum undique viros perdueit, sanctitatis odore & miraculo-

culorum fama allectos. Nam muti loquelam, ſurdi auditum, aridi vigorem, varioque & immedicabili morbo laborantes, ſanitatem ipſius interceſſione receperunt. Aquam in vinum convertit, aliaque complura mirabilia patravit: inter quæ illud non ſilendum, quod, mulierculâ ad ejus caſtitatem tentandam miſſâ, in ardentibus prunis humi ſtratis illæſum ſe volutavit. De qua re certior factus Rogerius Neapolis Rex in ſummam Viri Dei venerationem adducitur. Demum tempore ſui obitus Regi, aliiſque prænuntiato, innumeris virtutibus & miraculis clarus, obdormivit in Domino Anno ſalutis

mil-

milleſimo centeſimo quadrageſimo ſecundo. ℟. Iſte homo perfecit.

In III. Noct. Hom. in Evang. Ecce nos reliquimus omnia, *ut in Comm. Abbatum.*

TA-

DECRETUM URBIS ET ORBIS.

Cùm Sereniſſimus Sardiniæ Rex *per ſuas peculiares Litteras* SS. D. N. PIO. PP. VI. *non minus piè, quam enixè ſupplicaverit pro extenſione ad utrumque Clerum Eccleſiæ Univerſalis Officii, & Miſſæ de Com. Conf. non Pont. cum Oratione & Lectionibus Secundi Nocturni propriis nunc denuo de mandato* Sanctitatis Suæ *reviſis & correctis* S. Gulielmi Abbatis *Fundatoris Benedictinæ Congregationis Montis Virginis;* Sanctitas Sua *benignè precibus annuens, audito etiam R. P. Carolo Erskine Fidei Promotore, ad relationem mei infraſcripti Secretarii, petitum Officium, & Miſ-*

am recitan. ac celebran. ſingulis annis die vigeſima quinta Junii in memoriam ejuſdem S. Gulielmi Abbatis *ab omnibus tam Sæcularibus, quàm Regularibus utriusque Sexus Chriſti fidelibus, qui ad Horas Canonicas tenentur, ſub ritu duplici minori, ſervata tamen Rubricarum diſpoſitione, præcepit. Die* 24. *Auguſti* 1785.

J. Card. Archinto Præfectus.

Loco † Sigilli.

Julius Maria de Somalia S. R. C. Secret.

Die

DIE XVIII. JULII.

In Festo
Beati SIMONIS
De LIPNICA,
Confessoris.

Ordinis Minorum de Observantia.
Duplex.

Omnia de Communi Confess: præter Orationem & Lectiones.

ORATIO.

OMnipotens Sempiterne DEUS, qui Beatum Simonẽ Confessorem tuum Evangelicâ prædicationis gratiâ sublimâsti, concede propitius; ut ejus salutaris doctrinæ pabulô nutriti, quæ Tibi sunt placita exequẽtes, per semitas justitiæ ad Cælestem Patriam feliciter pervenire valeamus. Per Dominum nostrum, &c.

In Secundo Nocturno.

LECTIO IV.

SImon in Oppido Lipnica Regni Poloniæ piis honestîsq; parentibûs natus, ab ineunte ætate non obscuras exhibuit futuræ virtutis si-

gnificationes; nam & Deiparam summô studiô colebat, & pueriles ludos aspernabatur. Cracoviam studiorum causâ missus, ibidem summa cum laude versatus est, & bonis artibûs liberalibûsque disciplinis eruditus in ea Academia primum gradum obtinuit. Sed non ita multò pòst, quàm Ordo Minorum Observantium S Joannis à Capistrano operâ tunc temporis in Poloniam invectus sanctitatis famâ clareret, illud vivendi institutum, ut Deo liberiùs inserviret, amplexo est.

LECTIO V.

IN Religione rerum Cælestium contemplationi assiduè addicto, corpus ciliciô, flagellis, longâque esurie macerabat. Ferventissimo erga Deiparam amore actus, plures horas quotidiè in precibus eidem fundendis svaviter impendebat, diebûsque illi sacris cilicio, quod continenter gestare consvevit, aliud asperius superaddebat. Præmaximâ animi demissione, vilissima quæque Cænobii munera obire; hominum præconia, honoresque fugere, convicia verò, & adversa patientissimè ferre solemne habuit. Castitatis perpetuus custos, à mulierum conspectu semper abhorruit. Delato sibi concionandi munere, eloquentiâ tantoque fervore functus est, ut plures è vitiorum cænô ad rectam salutis semitam reduxerit, plures etiam ad mundi contemptum pertraxerit.

LE-

LECTIO VI.

MArtyrii æstuans desiderio, in Palestinam, non sine magnis itineris incommodis profectus est. Sed spe sublatâ martyrii, postquàm loca illa, in quibus redemptionis nostræ mysteria acta sunt, intimâ effusâque spiritus consolatione visitâsset, Cracoviam reversus est. Ubi consvetis exercitationibus sedulam operam navabat. Denique cùm pestilentiæ morbus in eadem Urbe maximè grassaretur, & SIMON, ùt erat charitatis plenus ægrotantibus Sacramenta administrare, monita salutis exhibere, quoquo modo opitulari non prætermitteret, eodem & ipse morbo correptus, ad extremum vitæ pervenit. Itaq; mortem nihil timens, cupiens dissolvi, & esse cum Christo, oculis in Christi è Cruce pendentis imaginem defixis; spiritum placidissimè DEO reddidit, annò à partu Virginis millesimò quadringentesimò octogesimò secundò, quintodecimo Kalendas Augusti. Ejus corpus in Ecclesia Sancti Bernardini sui Ordinis propè Cracoviam elatum, innumeris cæpit clarere miraculis. Quare paucos post annos, ut Fidelium cultui fieret satis, in nobiliorem locum translatum est. Hunc autem cultum, ab hominum memoriâ eidem exhibitum Apostolica Sedes comprobavit.

In Tertio Nocturno.

Lectiones de Communi primò locò.

DECRETUM

Regni Poloniæ, & Magni Ducatûs Lithvaniæ.

CUm Sacra Rituum Congregatio Die 5. Septembris Anni 1739. assignaverit pro celebratione Festi B. Joannis de Dukla Ordinis Minorum Observantiũ S Franciſci principalis Poloniæ Compatroni diem 19. Julii cum Officio & Missâ sub Ritu dupl: primæ Classis cum Octava, & subinde die 31 Januarii 1741. Festum hujusmodi in Dominicam primam post Octavam SS. Apostolorum Petri & Pauli transtulerit, absq; tamen Officio, & cum unica dumtaxat solẽni Missa de Beato; supplices modò per Serenissimũ *Augustũ III Poloniæ Regẽ*, pluribus etiã Archi-Episcopis & Episcopis ejusdẽ Regni & Magni Ducatꝰ Lithvaniæ demissè instantibꝰ, preces porrectæ sunt SSmo D. Nostro PAPÆ BENEDICTO XIV. ut translationẽ quoquè Officii & Missarum de prædicto Beato ad dictam Dominicã indulgere dignaretur, & quia eâdẽ Dominicâ Festum cum Missa & Officio fieri consvevit ab universo Clero de SS. Patronis Regni Sveciæ sub Ritu dupli: min, alium diem pro celebratione eorundem Patronorum Festi cum dd: Missa & Officio assignaret; Sanctitas sua speciali favore prosequi cupiens *Serenissimum Regem* pro ea, quâ pollet doctrinâ & experientiâ, sedulò per se ipsã omni-

endo, petitum Officium S. Julianæ de Falconeriis ab omnibus Christi Fidelibus tam Sæcularibus quam Regularibus utriusq; sexus, qui ad Horas Canonicas tenentur, sub ritu duplicis minoris in posterum recitari mandavit, si SSmo Domino Nostro visum fuerit die XI. Decembris 1762.

Et facta deinde per me Secretarium de prædictis eidem Sanctissimo Domino relatione, Sanctitas sua benignè annuit die IV. ejusdem Mensis & anni 1762.

Joseph. Maria Card. Feroni Præfect.

Loco ✠ Sigilli

S. Burghesius S. R. C. Secretarius.

Romæ MDCCLXII.

Ex *Typographia Rev. Cameræ Apostolicæ.*

)(*✠*)(

Die XVIII. Julii.

In Festo S. Camilli de Lellis Confessoris Clericorum Regularium infirmis Ministrantium Fundatoris sdx.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis exceptis iis, quæ sequuntur.

ORATIO.

DEus, qui Sanctum CAMILLUM ad animarum in extremo agone luctantium, subsidium, singulari charitatis prærogativa decorâsti; ejus quæsumus meritis spiritum nobis Tuæ dilectionis infunde; ut in hora exitus nostri hostem vincere, & ad cœlestem mereamur Coronam pervenire. Per Dominum nostrum JESUM Christum Filium Tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate ejusdem Spiritus S. DEUS &c.

Postea fit com SS Symphorosæ & Filiorum Mm. Ad Matut. in Hym. V. mut.

Mereat supremos,

In II. Nocturno

Lectio IV.

CAMILLUS Bucclanici Theatinæ Diœcesis Oppido ex Nobili Lelliorum Familia natus est, Matre sexagenaria, cui gravidæ visum est per quietem Puerulum Crucis signo in pectore munitum & agmini puerorum idem signum gestantium præeuntem, se peperisse. Adolescens rem militarē secutus, sæculi vitiis aliquamdiu indulsit; donec vigesimum quintum agens ætatis annum, tanto supernæ gratiæ lumine, Divinæq; offensæ dolore correptus fuit, ut uberrimo lachymarum imbre illico perfusus, anteactæ vitæ sordes indesinenter abstergere, novumq; induere hominem firmiter decreverit. Quare ipso quo id contigit, Purificationis Beatissimæ Virginis Festo die ad Fratres Minores, quos Capucinos vocant, convolans ut eorum numero adscriberetur, summis precibus exoravit. Voti

ti compos semel atq; iterum factus est; sed fædo ulcere, quo aliquando laboraverat, in ejus tibia iterato recrudescente, Divinæ Providentiæ majora de eo disponnentis consilio, humiliter se subjecit, suiq; Victor, illius Religionis bis expetitum, & susceptum habitum, bis demisit.

℟. *Honestum &c.*

Lectio v.

ROmam profectus in Nosocomium, quod Inianabilium dicitur, receptus est, cujus etiam administrationem, ob perspectas ejus Virtutes sibi demandatam, summa integritate, ac sollicitudine verè paterna peregit. Omnium ægrorum servum se reputans eorum sternere lectulos, sordes tergere, ulceribus mederi, agoniq; extremo piis precibus, & cohortationibus opem ferre solenne habuit; quibus in muneribus præclara præbuit admirabilis patientiæ invictæ fortitudinis, & heroicæ charitatis exempla. Verùm cum animarum in extremis periclitantium, quod unicè inten-

intendebat, levamini subsidium litterarum plurimum conferre intelligeret, triginta duos annos natus imprimis Grammaticæ elementis tyrocinium inter pueros iterum subire non erubuit. Sacerdotio postea rite initiatus, nonnullis sibi adjunctis locis, prima jecit Congregationis Clericorum Regularium Infirmis ministrantium fundamenta, irrito conatu obnitente humani generis hoste. Nam Camillus cœlesti voce è Christi Crucifixi, manus etiam de ligno avulsas admirando prodigio protendentis simulacro, emissa, mirabiliter confirmatus, Ordinem suum à Sede Apostolica approbari obtinuit, Sodalibus quarto obstrictis maximè arduo voto, infirmis, quos etiam pestis infecerit ministrandi. Quod institutum, quam foret DEO acceptum, & animarum saluti proficuum, Sanctus Philippus Nerius, qui Camillo à Sacris Confessionibus erat, comprobavit, dum ejus Alumnis decedentium agoni opem ferentibus, Angelos sug-

gerentes verba, sæpius se vidisse testatus est.

℟. *Amavit eum &c.*

Lectio VI.

Arctioribus hisce vinculis ægrotantium ministerio mancipatus, mirum est, qua alacritate, nullis fractus laboribus, nullis deterritus vitæ periculis, diu noctuq; ad supremum usq; Spiritum, eorum commodis vigilaverit. Omnibus omnia factus, vilissima quæq; officia demissimo obsequio, flexisq; plerumq; genibus, veluti Christum ipsum cerneret, in infirmis, hilari, promptoq; animo arripiebat; utque omium indigentiis præsto esset, Generalem Ordinis Præfecturam, Cæliq; delicias, quibus in contemplatione defixus affluebat, sponte dimisit Paternus verò illius erga miseros amor, tum maximè effulsit, cum & urbs contagioso morbo primum, deinde extrema annonæ laborat

boraret inopia, & Nolæ in Campania dira peſtis graſſaretur. Tanta deniq; in DEUM & proximum charitate exarſit, ut Angelus nuncupari, & Angelorum opem in vario itinerum diſcrimine experiri promereretur. Prophetiæ dono & gratia ſanitatum præditus, arcana quoq; Cordium inſpexit; eiuſque precibus nunc cibaria multiplicata ſunt, nunc aqua in vinum converſa. Tandem vigiliis iejunii & aſſiduis attritus laboribus, cum pelle tantum & oſſibus conſtare videretur, quinque moleſtis, æque ac diutinis morbis, (quos Miſericordias Domini appellabat,) fortiter toleratis Sacramentis munitus, Romæ inter ſvaviſſima JESU & MARIÆ nomina, ad ea verba: *Mitis atque feſtivus Chriſti Jeſu tibi aſpectus appareat*: qua prædixerat hora, obdormivit in Domino Pridie Idus Julii, Anno ſalutis milleſimo ſexcenteſimo decimo quar-

to, ætatis ſuæ ſexageſimo quinto. Quem pluribus illuſtrem miraculis, Benedictus XIV. ſolemni ritu Sanctorum faſtis adſcripſit.

℟. *Iſte homo &c.*

IN III. NOCTURNO

Lect. VII.

Lectio Sancti Evangelii ſecundum Joannem C. 15.

In illo tempore: dixit Jeſus Diſcipulis ſuis: Hoc eſt præceptum meum, ut diligatis invicem ſicut dilexi. Et reliqua.

Homilia S. Auguſtini Epiſcopi

QUid putamus Fratres mei; nunquidnam ſolum eius de iſta dilectione, mandatum eſt, quia diligimus invicem? Nonne eſt & aliud majus ut diligamus DEUM? Aut vero de ſola DEUS nobis dilectione mandavit, ut alia non requiramus? Tria certe commendat Apoſtolus dicens: Manent autem Fi-

des

des ſpes Charitas, tria hæc; maior autem horum charitas, Et ſi in charitate hoc eſt in dilectione, concluduntur duo illa præcepta, maior tamen dicta eſt, eſſe non ſola. De fide igitur nobis, quam multa mandata ſunt, quam multa de ſpe: Quis poteſt cuncta colligere, quis enumerando ſufficere? Sed intueamur quod agit idem Apoſtolus: Plenitudo legis, Charitas.

℟. *Iſte eſt &c.*

Lectio VIII.

UBi ergo charitas eſt, quid eſt, quod poſſit deeſſe? Ubi autem non eſt, quid eſt, quod poſſit prodeſſe? Dæmon credit, nec diligit: nemo diligit, qui non credit. Fruſtra quidem, ſed tamen poteſt ſperare veniam, qui non diligit: nemo autem poteſt deſperare, qui diligit. Itaq; ubi dilectio eſt, ibi neceſſario Fides, & Spes, & ubi dilectio proximi, ibi neceſſario etiam

tiam dilectio DEI. Qui enim non diligit DEUM, quomodo diligit proximum tanquam seipsum? Quandoquidem non diligit & seipsum; est quippe impius & iniquus: qui autem diligit iniquitatem, non plane diligit, sed odit animam suam.

℟. *Sint lumbi &c.*

Lectio IX.

HOc ergo præceptum Domini teneamus, ut nos invicem diligamus: & quidquid aliud præcepit, faciemus: quoniam quidquid est aliud, hic habemus. Discernitur quippe ista dilectio ab illa dilectione qua se invicem diligunt homines, nam ut discerneretur, adiunctum est: Sicut dilexi vos. Ut quid enim diligit nos Christus, nisi ut regnare possimus cum Christo? Ad hoc ergo, & nos invicem diligamus, ut dilectionem nostram discernamus a cæteris, qui non ad hoc se invicem diligunt, quia nec

dili-

diligunt. Qui autem se propter habendum DEUM diligunt, ipsi se diligunt; ergo ut se diligant, DEUM diligunt. Non est hæc dilectio in omnibus hominibus. Pauci se propterea diligunt, ut sit DEUS omnia in omnibus.

Te DEUM laudamus &c.

MISSA
In Festo
SANCTI CAMILLI
de Lellis Confes:

Introitus: Joan: 15.

Majorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis.

Psal. 40. Beatus qui intelligit super egenum & pauperem: in die mala liberabit eum Dominus. Gloria Patri &c.

ORATIO

DEUS qui Sanctum Camillum, ad animarum in extremo agone luctan-

luctantium subsidium, singulari caritatis prærogativa decorasti: eius quæsumus meritis spiritum nobis Tuæ dilectionis infunde: ut in hora exitus nostri hostem vincere, & ad Cælestem mereamur coronam pervenire. Per Dominum &c. In unitate ejusdem &c.

Lectio Epistolæ Beati Joannis Apostoli 1. Jo. 3.

CAriſſimi, nolite mirari, si odit vos mundus. Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus Fratres. Qui non diligit manet in morte: Omnis qui odit fratrem suum, homicida est. Et scitis quoniam omnis homicida non habet vitam æternam in semetipso manentem. In hoc cognovimus caritatem DEI quoniam ille animam suam pro nobis posuit, & nos debemus pro Fratribus animas ponere. Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necessitatem habere,

bere, & clauserit viscera sua ab eo quomodo caritas Dei manet in eo? Filioli mei, non diligamus Verbo neq; lingva sed opere & veritate.

Graduale *Psal.* 36

Os justi meditabitur sapientiam, & lingua ejus loquetur judicium. Lex Dei ejus in corde ipsius & non supplantabuntur gressus ejus; alleluia alleluia.

℣. *Psalm* III. Beatus vir qui timet Dominum in mandatis ejus cupit nimis; alleluia.

In Missa Votiva, post Septuagesimam, omissis alleluia *&* ℣. *Sequenti, dicitur Tractus.*

Psal. III. Baatus vir qui timet Dominum, in mandatis ejus cupit nimis.

℣. Potens in terra erit semen ejus generatio rectorum benedicetur.

℣. Gloria & divitiæ in Domo ejus & justitia ejus manet in sæculum sæculi.

Tempore Paschali omittitur Gradu-

ale

ale & ejus loco dicitur: alleluia alleluia.

℣. *Ibidem* Beatus vir qui timet Dominum, in mandatis ejus cupit nimis alleluia.

Oseæ 14. Justus germinabit sicut lilium & florebit in æternum ante Dominum alleluia.

✠ Sequentia Sancti Evangelii secundum Joannem.

In illo tempore: Dixit Jesus Discipulis suis: Hoc est præceptum meum, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos. Majorem hac dilectionem nemo habet ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Vos amici mei estis, si feceritis, quæ Ego præcipio vobis. Jam non dicam vos servos, quia servus nescit, quid faciat Dominus ejus. Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcunque audivi a Patre meo, nota feci vobis. Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, & posui vos, ut eatis, & fructum afferatis & fructus

veſter maneat, ut quodcunque petieritis Patrem in nomine meo, det vobis.

Offertorium Pſal. 20.

In virtute Tua Domine lætabitur iuſtus, & ſuper ſalutare Tuum exultabit vehementer: deſiderium animæ ejus tribuiſti ei.

Secreta

Hoſtia immaculata, qua illud Domini Noſtri JESU Chriſti immenſæ caritatis opus renovamus, Sancto Camillo intercedente, ſit contra omnes Corporis & animæ infirmitates ſalutare remedium, & in extremo agone ſolatium & tutela. *Per eundem &c.*

Communio. Math. 25.

Infirmus fui & viſitaſtis me Amen amen dico vobis, quamdiu feciſtis uni ex his fratribus meis, mihi feciſtis.

Poſtcommunio.

Per hæc cæleſtia alimenta, quæ

Sancti

Sancti Camilli Confessoris Tui solemnia celebrantes pia devotione suscepimus: da quæsumus Domine, ut in hora mortis nostræ Sacramentis refecti, culpis omnibus expiati in sinum misericordiæ tuæ, læti suscipi mereamur. Qui vivis &c.

DECRETUM
URBIS & ORBIS.

AD pias preces Sereniſſimi Jacobi III. Magnæ Brittaniæ Regis, nec non Patris Joannis Gentili Præfecti Generalis Clericorum Regularium Miniſtrantium Infirmis SS. D. Noſtro Clementi Papæ XIII. porrectas, & a Sanctitate ſua ad Sac: Rituum Congregationem remiſſas; ſacra eadem Congregatio, ad relationem, per me infraſcriptum Secretarium factam, mandavit, ut ab omnibus Chriſti fidelibus, tam ſæcularibus quam Regularibus qui ad horas Canonicas tenentur, die decima Octava Julii Officium S.

Camilli

Camilli De Lellis Fundatosis eorundem Clericorum Regularium ministrantium infirmis cum Oratione, lectionibus 2di & 3tii Nocturni, ac Missa, propriis, a San: mem: Benedicto Papa XIV. Die 12 Martii 1753 approbat, sub ritu semiduplici de præcepto, servatis Rubricis, recitentur, & in Breviario, ac missali Romano apponi concessit, si Sanctissimo Domino Nostro visum fuerit Die XI Decembris 1762.

Et facta deinde per me Secretarium de prædictis eidem Sanctissimo Domino nostro relatione; Sanctitas sua benigne annuit Die 15 ejusdem Mensis, & Anni 1762.

Joseph. Maria Card. Feron. Præfectus.

(L.S.)

S. Burghesius Sac. Rit. Congr. Secretarius.

Romæ MDCCLXII.

Typis Reverendæ Cameræ Apostolicæ

Pro Officio Sancti ADALBERTI Episcopi Mart: 23. Aprilis

HYMNUS

In utrisq; Vesperis & ad Matutinum

O Martyr Invictissime
Et fortiorum fortior,
Quis te condigno cantico,
Sancte Adalberte concinat?

Divino afflatus Numine,
In fines pergis Hungaros,
Regemq; sacro dogmate
Natumq; firmat Chrismate.

Polonas Urbes hinc petis,
Veræ salutis Nuntius,
Christi doctrinæ cælicæ
Ubiq; spargens semina.

Borussis at Te finibus
Fides triumpho postulat;

Ma-

Manent Te viri ſangvinum
Jllic miniſtri Dæmonum

Dum ſacra ad aram perficis,
Crudelis in Te barbari
Lætum veloces irruunt,
Figunt, Te duris lanceis.

Hinc ſemivivi corporis,
Fruſtatim membra dividunt
Ac crudeli ſpectaculo,
In haſta ſublevant capnt.

O victor ergo Nobilis,
Pio cultu dum ducimus
Diem triumphalem Tuum,
Precare nobis gratiam.

E Chriſtianis finibus,
Belli terrores excute,
Hic ſit precamur hic Tui
Effuſi fructus ſangvinis.

Pater verbum, cum ſpiritu,
Fons gratiarum Trinitas,
Per Adalberti ſemitas,
Da nobis Cælum ſcandere,

HY-

HYMNUS

Ad LAUDES

JESU piorum Martyrum,
Robur, corona, Præmium,
Cujus teſtetur ut Fidem,
Dat Adalbertus ſangvinem.

Sancto precante Præſule
Nos ſalva Chriſte Rex bone,
Tuæ donum clementiæ,
Et largæ præſtans gloriæ.

Nam tot labores qui tulit.
Ut ad ſalutis paſcuum
Tunc obcæcatas crimine
Oves perferret creditas.

Nunc efficacius regat,
Supernum lumen conferens,

Qui

Quo nos mundatos sordibus
Sanctorum jungat sedibus.

Incredulis qui svaviter
Divina svasit dogmata,
Nobis oret credentibus
Ad cæli clausstra tendere,

Huius nos vallis lubricæ
Ab illecebris sic tegat,
Ut te quæramus unice
Tuorum Christe gaudium.

Utq; ille carnem labilem
Vicit cum mundo, dæmonem
Et his, nos, victis hostibus
Triumphantes, det perpetim.

Præsta Beata Trinitas,
Ut Adalberti nos prece
Hic Te colentes possimus
Perenni laude psallere,

A

M E

N.

Pro Regno Poloniæ & M. D. Litvaniæ.

SUpplicante enixè S. R. C. Eminentiſſimo & Reverendiſſimo Domino Cardinali Sanct: Ceſarei, Nomine Sereniſſimi Regis Poloniæ ut dignaremur extendere Indultum recitandi Hymnos in utriſque Veſperis, & Laudibus Sancti ADALBERTI Epiſcopi & Martyris appro. batos pro Clero Civitatis Gneſnenſis Die 13. Martii 1756 ad Clerum ſæcularem & Regularem Regni Poloniæ & Magni Ducatus Lithvaniæ Sacra Rituum Congregatio ad

rela-

Die XXVII. Augusti

IN FESTO BEATI JOSEPHI CALASANCTII à MATRE DEI CONFESSORIS,

Et Fundatoris Ordinis Clericorum Regularium Scholarum Piarum,

Officiū recitandū à Religiosis ejusdē Congregationis, tum ab iis, quibus ex speciali gratia concessum est.

Omnia de Communi Conf: non Pontificis, præter sequentia. In Hymno Iste Confessor *mutatur tertius versus.*

Oratio.

DEUS, qui per Beatum JOSEPHUM Confessorem Tuum ad erudiendam spiritu intelligentiæ, ac pietatis juventutem, novum Ecclesiæ tuæ subsidium providere dignatus es, præsta quæsumus, nos ejus exemplo ita sacere, & docere, ut præmia consequamur æterna. Per Dominum &c.

In primo Nocturno Lectiones de scriptura occurrente.

IN SECUNDO NOCTURNO.

Lectio IV.

JOSEPHUS CALASANCTIUS à Matre Dei Petraltæ in Aragonia nobili genere natus, à teneris annis futuræ in pueros charitatis, & eorum institutionis

indicia præbuit. Nam adhuc parvulus eos ad se convocatos in mysteriis Fidei, & sacris precibus erudiebat. Humanis, divinisq; literis egregie doctus, cum studiis Theologicis Valentiæ operam daret, nobilis potentisq; fœminæ illecebris fortiter superatis, virginitatem, quam Deo voverat, inoffensam insigni victoria servavit. Sacerdos ex voto factus, à compluribus Episcopis in Castellæ Novæ, Aragoniæ, & Catalauniæ regnis in partem laboris adscitus, expectationem omnium vicit; pravis ubiq; moribus emendatis, Ecclesiastica disciplina restituta, inimicitiis cruentisq; factionibus mirifice extinctis. At cælesti visione & Dei voce frequenter admonitus, Romam profectus est,

Lectio V.

IN urbe summa vitæ asperitate, vigiliis, & jejuniis corpus affligens, in orationibus, & cælestium rerum contemplatione dies noctesq; versabatur, septem ejusdem Urbis Ecclesias singulis fere noctibus obire solitus: quem inde morem complures annos servavit. Dato piis sodalitatibus nomine, mirum, quanto ardore pauperes, infirmos potissimum, aut carceribus detentos eleemosinis, omniq; pietatis officio sublevaret. Lue Urbem depopulante, una cum S. Camillo, tanto fuit actus impetu charitatis, ut præter subsidia ægrotis pauperibus large collata, ipsa etiam defunctorum cadavera suis humeris tumulanda transferret. Verum cum divinitus accepisset, se ad informandos intelligentiæ, ac pietatis spiritu adolescentulos, præcipuè pauperes, destinari, Clericorum Regularium Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum Ordinem, Clementi VIII. & Paulo V. Summis Pontificibus magnopere probatum instituit: quem brevi tempore per plurimas Europæ Provincias & regna mirabiliter propagavit. In eo tamen promovendo tot labores perpessus est, tot ærumnas invicto animo toleravit, ut omnium voce miraculum fortitudinis, & S. Jobi exemplum diceretur.

Lectio

Lectio VI.

QUamvis Ordini universo præesset, totisq; viribus ad animarum salutem incumberet, nunquam tamen intermisit pueros, præsertim pauperiores, erudire, quorum scholas verrere, eosq; domum comitari consvevit. In eo summæ patientiæ & humilitatis munere, valetudine etiam infirma, duos & quinquaginta annos perseveravit: dignus propterea, quem crebris Deus miraculis coram discipulis illustraret, & cui Beatissima Virgo cum Puero Jesu illis orantibus benedicente appareret. Amplissimis interim dignitatibus repudiatis, prophetia, abdita cordium, & absentia cognoscendi donis, & miraculis clarus, Deiparæ Virginis, quam singulari pietate & ipse ab infantia coluit, & suis maxime commendavit, aliorumq; Cælitum frequenti apparitione dignatus, cum obitus sui diem, & Ordinis tunc propè eversi restitutionem atq; incrementum prænunciasset, secundum & nonagesimum annum agens, Romæ obdormivit in Domino, octavo Kalen. Septembris anno millesimò sexcentesimo quadragesimo octavo. Cujus cor & lingva post sæculum integra & incorrupta reperta sunt. Illum multis post obitum quoq; signis illustrem BENEDICTUS XIV. Pont: Max: in Beatorum numerum retulit.

In tertio Nocturno Homilia S. Gregorii Papæ in Evangelium: *Sint lumbi.* Missa juxta Decretum Beatificationis: *Os justi.*

Con-

Congreg: Clericorum Regularium Pauperum Matris Dei Scholarũ Piarum.

Cùm Pater Fauſtus Maronus Sacerdos Congregationis Scholarum Piarum, & Poſtulator ſpecialiter Deputatus in Cauſa Canonizationis B. JOSEPHI CALASANCTII à Matre Dei ejuſdem Congregationis Fundatoris, humillimas Sacrorum Rituum Congregationi preces porrexerit pro conceſſione, & approbatione lectionum propriarum Secundi Nocturni in honorem dicti Beati, Sacra Congregatio habita die 18. Julii currentis anni 1750. petitis benigne annuit; lectionesq; Emmis Burghesio Ponenti, & Tamburino Præfecto, R. P. D. Ludovico de Valentibus Fidei Promotore, iterum revidendas commiſit, quas diligenter & accurate per eoſdem recognitas ſupraſcriptas approbavit, easq; tum ab omnibus ejuſdem Congregationis Religioſis, tum etiam ab iis, quibus dicti Officii recitatio ex ſpeciali gratia conceſſa eſt, recitari indulſit, ſi SSmo Dno Noſtro viſum fuerit. Die 18. Julii 1750.

Factaq; deinde per me Secretarium eidem SSmo Dno Noſtro relatione, Sanctitas Sua benigne annuit. Die 22. ejuſdem menſis, & anni 1750.

D. F. Card: Tamburinus Præf.

Loco ✠ Sigilli.

T. Patriarcha Hieroſolymitanus Secr:

Anno Dni 1751. die 19. Mens: Junii Præexpreſsæ Lectiones à S. Cong: Sacrorum Rituum approbatæ quatenus reimprimi poſſint, Authoritate Noſtra Ordinaria circa appoſitionem Manus facultatem concedimus. Dat: in Arce Noſtra Vercens: die & an: quibus ſupra.

MICHAEL Epiſcopus *mpp.*

VILNÆ MDCCLI.

Typis S. R. M. Academ: Soc. JESU.

Die xviij. Septembris.

IN FESTO.

SANCTI JOSEPHI A CUPERTINO

CONFESSORIS.

Ordinis Minorum Sancti Francisci Conventualium.

DUPLEX MINUS.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis præter ea, quæ sequuntur.

IN PRIMIS VESPERIS.

Ad Magnificat. Antiph. Mortuus sum, & vita mea est abscondita cum Christo in Deo.

ORATIO.

DEUS, qui ad Unigenitum Filium tuum exaltatum a terra omnia trahere dispositi: perfice propitius, ut meritis, & exemplo Seraphici Confessoris tui Josephi supra terrenas omnes cupiditates elevati ad Eum pervenire mereamur. Qui tecum vivit, & regnat &c.

IN PRIMO NOCTURNO.

Lectio. I.

De Epistola secunda B. Pauli Apostoli ad Corinthios. *Cap. 4. v. 6. ad 12.*

DEUS, qui dixit de tenebris lucem splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientiæ claritatis Dei, in facie Christi Jesu. Habemus autem thesaurum istum in vasis fictilibus: ut sublimitas sit virtutis Dei, & non ex nobis. In

omnibus tribulationem patimur, sed non anguſtiamur: aporiamur, sed non deſtituimur: perſecutionem patimur, sed non derelinquimur: dejicimur, sed non perimus: semper morificationem Jesu in corpore noſtro circumferentes, ut & vita Jesu manifeſtetur in corporibus noſtris. Semper enim nos, qui vivimus, in mortem tradimur propter Jesum: ut & vita Jesu manifeſtetur in carne noſtra mortali. Tu autem &c.

℟. Euge ſerve bone &c.

Lectio II. Cap: 5. v. 1. ad 9.

SCIMUS enim, quoniam ſi terreſtris domus noſtra hujus habitationis diſſolvatur, quod ædificationem ex Deo habemus, domum non manufactam, æternam in cælis. Nam & in hoc ingemiſcimus, habitationem noſtram, quæ: de cælo eſt, ſuperinduì cupientes: ſi tamen veſtiti, non nudi inveniamur. Nam, & qui ſumus in hoc tabernaculo, ingemiſcimus gravati eo quod nolumus expoliari, ſed ſuperveſtiri; ut abſorbeatur, quod mortale eſt, a vita. Qui autem efficit nos in hoc ipſum, Deus, qui dedit nobis pignus ſpiritus. Audentes igitur ſemper, ſcientes, quoniam dum ſumus in corpore, peregrinamur a Domino: (Per fidem enim ambulamus, & non per ſpeciem) Audemus autem, & bonam voluntatem habemus magis peregrinari a corpore, & præſentes eſſe ad Dominum. Tu autem &c.

℟. Juſtus germinabit &c.

Lectio III. Cap. 12. v. 1. ad 10.

SI gloriari oportet (non expedit quidem) veniam autem ad viſiones, & revelationes Domini. Scio hominem in Chriſto ante annos quatuordecim (ſivè in corpore, ſive extra corpus, neſcio, Deus ſcit) raptum hujuſmodi uſque ad tertium cælum. Et ſcio hujuſmodi hominem (ſive in corpore, ſive extra corpus, neſcio, Deus ſcit) quoniam raptus eſt in Paradiſum;

disum; & audivit arcana verba, quæ non licet homini loqui. Pro hujusmodi gloriabor: pro me autem nihil gloriabor, nisi in infirmitatibus meis. Nam, & si voluero gloriari, non ero insipiens: veritatem autem dicam: parco autem, ne quis me existimet supra id, quod videt in me, aut aliquid audit ex me. Et ne magnitudo revelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ angelus Satanæ, qui me colaphizet. Propter quod ter Dominum rogavi, ut discederet a me: & dixit mihi: sufficit tibi gratia mea; nam virtus in infirmitate perficitur. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus Christi. Tu autem &c.

℟. Iste cognovit justitiam &c.

IN SECUNDO NOCTURNO.

Lectio IV.

JOSEPHUS a Cupertino, Oppido in Salentinis Diœcesis Neritonensis, anno reparatæ salutis millesimo sexcentesimo tertio, piis ibidem parentibus ortus, Deique amore præventus, pueritiam, atque adolescentiam summa cum simplicitate, morumque innocentia transegit. A diuturno, molestoque morbo patientissimè tolerato Deiparæ Virginis ope liberatus, se totum pietatis operibus, ac excolendis virtutibus dedit: utque Deo ad majora vocanti se intimius conjungeret, Ordini Seraphico nomen dare constituit. Post varios eventus voti tandem compos factus, apud Minores Conventuales in Cœnobio Cryptulæ, inter Laicos primum ob litterarum imperitiam, deinde inter Clericos Divina dispositione connumeratus est. Sacerdotio post solennia vota initiatus, perfectius sibi vitæ institutum proposuit. Quamobrem mundanis quibuscumque affectibus; terrenisque rebus penè ad vitam necessariis illicò a se abdicatis, ciliciis, flagellis, catenis, omni demùm asperitatum, ac pœnarum genere cor-

pus afflixit, ſpiritum verò ſanctæ orationis, altiſſimæque contemplationis aſſiduitate dulciter enutrivit. Hinc factum eſt, ut Charitas Dei, quæ jam erat in ejus corde a prima ætate diffuſa, miro, planeque ſingulari modo in dies coruſcaverit. Tu autem &c.

℟. Honeſtum fecit &c.

Lectio V.

EXIT præcipuæ ardentiſſima ejus charitas in ecſtaſibus ad Deum ſuaviſſimis, ſtupendiſque raptibus, quibus frequenter afficiebatur. Mirum autem, quod alienato a ſenſibus animo ſtatim ab ecſtaſi cum revocabat ſola obedientia. Hanc quippe virtutem eximio ſtudio proſequebatur, dicere ſolitus, ſe ab ea veluti cæcum circumduci, & mori potiùs velle, quam non obedire. Paupertatem vero Seraphici Patriarchæ ita æmulatus eſt, ut morti proximus Prælato ſuo aſſerere verè potuerit, ſe nihil habere, quod more Religioſorum reſignaret. Itaque Mundo, ſibique mortuus, vitam Jeſu manifeſtabat in carne ſua, quæ dum in aliquibus ex turpitudine obſcænum flagitium ſentiebat, prodigioſum de ſe efflabat odorem, indicium nitidiſſimæ illius puritatis, quam, immundo Spiritu vehementiſſimis tentationibus fruſtra obnubilare diu conante, ſervavit illæſam, tùm arcta ſenſuum cuſtodia, tùm jugi corporis maceratione, tùm denique ſpeciali protectione puriſſimæ Virginis Mariæ, quam Matrem ſuam appellare conſuevit, ac veluti Matrem dulciſſimam intimo cordis affectu venerabatur, eamque ab aliis venerari exoptabat, ut eum ejuſdem patrocinio, ſicut ipſe ajebat, omnia bona conſequerentur. Tu autem &c. ℟. Amavit eum Dominus &c.

Lectio VI.

HÆC Beati Joſephi ſollicitudo a ſua erga Proximos charitate prodibat; tanto enim animarum zelo exardebat, ut omnium ſalutem modis omnibus inſtan-

instantissimè procuraret. Extendens pariter charitatem suam in Proximum sive pauperem, sive infirmum, sive quacumque alia tribulatione vexatum, quantum in ipso erat, illum recreabat. Nec alieni erant ab ejus charitate, qui objurgationibus, probris, omnisque generis injuriis ipsum appeterent; nam eâdem patientiæ, mansuetudine, vultuque hilaritate talia excipiebat, qua tot inter, ac tantas vicissitudines resplenduit, dum vel Moderatorum Ordinis, vel Sacræ Inquisitionis jussu hàc illac errare, versarique coactus est. Quamquam verò Populi non solum, sed Viri Principes eximiam ejus sanctitatem, & superna charismata admirarentur; eâ nihilominus erat humilitate, ut magnum se peccatorem reputans Deum enixè deprecaretur, ut sua ab eo illustria dona removeret; homines verò exoraret, ut in eum locum mortuum ejus corpus injicerent, ubi memoria sui esset prorsus obliterata. At Deus, qui ponit humiles in sublime, quique Servum suum, dum viveret, cœlesti sapientia, prophetia, cordium perscrutatione, curationum gratia, cæterisque donis cumulatissimè exornaverat, ejus quoque mortem iis, quibus ipse antea prædixerat, loco, ac tempore, anno ætatis suæ sexagesimo primo, Auximi in Piceno pretiosam reddidit, sepulchrumque gloriosum. Illum denique tiam post obitum miraculis coruscantem Benedictus Quartusdecimus Beatorum, Clemens Tertiusdecimus Sanctorum fastis adscripsit, ejus autem Officium, & Missam CLEMENS Quartus decimus ejusdem Ordinis ad Universam Ecclesiam extendit. Tu autem &c. ℟. Iste homo perfecit &c.

IN TERTIO NOCTURNO.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio VII. *Cap.* 22.

IN illo tempore loquebatur Jesus Principibus Sacerdotum, & Pharisæis in parabolis dicens: Simile

le factum est Regnum Cœlorum homini Regi, qui fecit nuptias filio suo. Et reliqua.

Homilia sancti Gregorii Papæ.

Lib. 2. Homiliar. Homil. 38.

circa medium.

QUIA jam, largiente Domino, Nuptiarum Donum, ideſt ſanctam Eccleſiam, intraſtis, ſolerter, Fratres, aſpicite, ne aliquid de mentis veſtræ habitu Rex ingrediens reprehendat. Cum magno enim cordis timore penſandum eſt, quod protinus ſubditur: Intravit autem Rex, ut videret diſcumbentes, & vidit ibi hominem, non veſtitum veſte nuptiali. Quid, Fratres chariſſimi, exprimi per nuptialem veſtem putamus? Si enim veſtem nuptialem baptiſma, vel fidem dicimus, quis ſine baptiſmate, & fide has nuptias intravit? Eo enim ipſo foris eſt, qui necdum credidit. Quid ergo debemus intelligere nuptialem veſtem, niſi charitatem? Intrat enim ad nuptias, ſed cum nuptiali veſte non intrat, qui in ſancta Eccleſia aſſiſtens fidem habet, ſed charitatem non habet. Recte enim charitas nuptialis veſtis vocatur, quia hanc in ſe Conditor noſter habuit, dum ad ſociandæ ſibi Eccleſiæ nuptias venit. Tu autem &c.

℟. Iſte eſt, qui ante Deum &c.

Lectio VIII.

SOla quippe dilectione Dei actum eſt, ut ejus Unigenitus mentes ſibi electorum hominum uniret. Unde & Joannes dicit: Sic enim dilexit Deus Mundum, ut Filium ſuum Unigenitum daret pro nobis. Qui ergo per charitatem venit ad homines, eamdem Charitatem innotuit veſtem eſſe nuptialem. Omnis ergo veſtrum, qui in Eccleſia poſitus Deo credidit, iam ad nuptias intravit: ſed cum nuptiali veſte non venit, ſi charitatis gratiam non cuſtodit. Et certè Fratres, ſi quis ad carnales nuptias eſſet

invi-

invitatus, veſtem mutaret, congaudere ſe Sponſo, & Sponſæ ex ipſo ſui habitus decore oſtenderet, inter gaudentes, & feſta celebrantes deſpectis veſtibus apparere erubeſceret. Nos ad Dei nuptias venimus, & cordis veſtem mutare diſſimulamus. Congaudent Angeli, cum ad cælum aſſumuntur electi. Qua ergo mente hæc ſpiritualia Feſta conſpicimus, qui nuptialem veſtem, id eſt charitatem, quæ ſola nos ſpecioſos exhibet, non habemus, Tu autem &c.

℟. Sint lumbi veſtri &c. *Lectio IX.*

SCIENDUM verò eſt, quia ſicut in duobus lignis, ſuperiore videlicet, & inferiore veſtis texitur: ita in duobus præceptis charitas habetur, in dilectione ſcilicet Dei, & Proximi. Scriptum quippe eſt: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota virtute tua, & proximum tuum ſicut te ipſum. Qua in re notandum eſt, quia in dilectione Proximi menſura amoris ponitur, cum dicitur: Diliges proximum tuum ſicut te ipſum. Dei autem dilectio nulla menſura conſtringitur, cum dicitur: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, ex tota virtute tua. Non enim jubetur quiſque quantum diligat, ſed ex quanto, cum dicitur, ex toto; quia ille veraciter Deum diligit, qui ſibi de ſe nihil relinquit. Duo ergo neceſſe eſt ut charitatis præcepta cuſtodiat, quiſquis habere in nuptiis veſtem nuptialem curat. Tu autem &c.

Ad Benedictus.

Antiph. Oſtendit mihi (Dominus) fluvium aquæ vivæ, ſplendidum tamquam cryſtallum procedentem de ſede Dei, & Agni.

IN SECUNDIS VESPERIS.

Ad Magnificat.

Antiph. Exiſtimo omnia detrimentum eſſe propter eminentem ſcientiam Jeſu Chriſti Domini mei.

DE-

DECRETUM

URBIS, ET ORBIS.

QUUM supremam adposuerit manum Canonizationi S. JOSEPHI A CUPERTINO *Ordinis Minorum* S. FRANCISCI *Conventualium Frater Laurentius Ganganelli, tunc Cardinalis Causæ Ponentis vices agendo, nunc* CLEMENS PAPA XIV. OFFICIUM *proprium, ac Antiphonas ad Canticæ Benedictus, & Magnificat adprobavit, atque a Seraphico Ordine suo Minorum Conventualium sub ritu duplicis secundæ Classis recitari mandavit.*

Ut autem admirabilis hujusce Sancti Viri memoria in Christi Ecclesia peragatur, præfatum OFFICIUM *proprium ad Omnes Utriusque Sexus Christifideles, qui ad Canonicas Horas tenentur, die decima octava Septembris sub ritu duplicis minoris recitandum extendit. Die* 8. *Augusti MDCCLXIX.*

Fl. Card. Chisius Præfectus.

Loco † Sigilli.

V. Macedonius S.R.C. Secr.

ROMÆ MDCCLXIX.

Typis Reverendæ Cameræ Apostolicæ.

REIMPIMATUR.

And. Stanislaus Episcopus Posnanienſis.

Die XIX. Octobris seu Dñica IV. ejusdem Mensis.

IN FESTO
S. JOANNIS CANTII
Conf: P.R.P. Dupl. I. Classis cum Octav.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis, præter ea, quæ sequuntur.

AD VESPERAS.

Antif. Domine quinq; talenta: *ut infra ad Laudes. Psalm:* Dixit Dominus. *cum reliq; de Dominica & loco ultimi Psalm.* Laudate Dominum omnes Gentes &c.

Capitulum Eccl 31.

BEatus Vir, qui inventus est sine macula: & qui post aurum non abiit, nec speravit in pecunia & thesauris. Quis est hic & laudabimus eum? fecit enim mirabilia in vita sua.

HYMNUS

GEntis Polonæ gloria,
Cleriq; Splendor nobilis
Decus Lycæi, & Patriæ
Pater, JOANNES inclyte,
Legem superni Numinis
Doces Magister, & facis.
Nil scire prodest: sedulò
Legem nitamur exequi.
Apostolorum limina
Pedes viator visitas;
Ad Patriã quam tendimus,
Gressus, viamq; dirige.
Urbem petis Jerusalem,
Signata Sacrô Sanguine
CHRISTI colis vestigia,
Rigasq; fusis vulnera
Acerba Christi vulnera
Hærete nostris cordibus!
Ut cogitemus consequi
Redemptionis pretium.
Te prona Mundi machina
Clemens adoret Trinitas,
Et nos novi per gratiam
Novum canamus canticũ.

℣. Amavit eum Dominus & ornavit eum.

℟. Stolam gloriæ induit eũ,

Ad Magnificat Antiphona.

Simi-

Similabo eum Viro sapienti, qui ædificavit domum suam supra firmã petram.

ORATIO

DA quæsumus Omnipotens DEUS, ut Sancti JOANNIS Confessoris exemplô, in scientia Sanctorum proficientes, atq; aliis misericordiam exhibentes, ejus meritis indulgentiam apud Te consequamur. Per Dominum. &c.

Commemo: Dominicæ.

Ad Matut. Invitatorium.

Regem Confessorum Dominum ✻Venite adoremus

Psalm. Venite, exultemus.

HYMNUS

COrpus domas jejuniis,
Cædis cruento verbere;
Ut castra pœnitentium
Miles sequaris innocens.
Sequamur & nos sedulô.
Gressus Parentis optimi.
Sequamur, ut licentiam
Carnis refrænet spiritus;
Rigente bruma providum
Præbes amictum pauperi.
Sitim, famemq; egentium
Eicâ, potuq; sublevas.
Amor petentis populi
Gelu resolvat pectorum:
Plorant egeni! provoeent
Stipẽ gementûm lacrymæ
O! qui negâsti nemini
Opem roganti! patrium
Regnum tuere; postulant
Cives Poloni, & exteri.
Sit laus Patri, sit Filio,
Tibiq; Sancte Spiritus,
Preces Joannis impetrent
Beata nobis gaudia.

In primo Nocturno.

De Libro Ecclesiastici.

LECTIO I. Cap. 11.

BEatus Vir qui inventus est sine macula: & qui post aurum non abiit, nec speravit in pecunia & thesauris. Quis est hic & laudabimus eum? fecit enim mirabilia in vita sua. Qui probatus est in illo, & perfectus est, erit illi gloria æterna: qui potuit transgredi, & non est transgressus; facere mala. & non fecit: ideò stabilita sunt bona illius in Domino; & eleemosynas illius, enarrabit omnis Ecclesia Sanctorum.

℟. Euge serve bone & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constitnam. ✻ Intra in gaudium Domini tui.

℣. Domine quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratus sum. ✻ Intra.

Lectio II. *Cap 32. 33.*

QUi timet Dominum, excipiet doctrinam ejus,

jus: & qui vigilaverint ad illum, invenient benedictionem. Qui quærit legem, replebitur ab ea: & qui insidiosè agit, scandalizabitur in ea. Qui timent Dominum, invenient judicium justum, & justitias quasi lumen accendent. Qui credit Deo, attendit mandatis: & qui confidit in illo, non minorabitur. Timenti Dominum non occurrent mala, sed intentione, DEUS illum conservabit, & liberabit à malis. Sapiens non odit mandata & justitias, & non illidetur, quasi in procella navis. Homo sentatus credit legi DEI, & lex illi fidelis.

℟. Justus germinabit sicut lilium. * Et florebit in æternum ante Dominum.

℣. Plantatus in domo Domini in atriis domus Dei nostri. * Et florebit.

Lectio III. *Cap.* 34.

Spiritus timentium DEUM quæritur, & in respectu illius benedicetur. Spes enim illorum in salvantem illos, & oculi DEI in diligentes se. Qui timet Dominum, nihil trepidabit, & non pavebit: quoniam ipse est spes ejus. Timentis Dominum beata est anima ejus. Ad quem respicit, & quis est fortitudo ejus? Oculi Domini super timentes eum, protector potentiæ, firmamentũ virtutis, tegimen ardoris, & umbraculum meridiani, deprecatio offensionis, & adjutorium, casus, exaltans animam & illuminans oculos, dans sanitatem, & vitam, & benedictionem.

℟. Iste cognovit justitiã, & vidit mirabilia magna, & exoravit Altissimum: * Et inventus est in numero Sanctorum.

℣. Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad cælestia regna. * Et Gloria Patri. * Et.

In secundo Nocturno.

Lectio IV.

JOANNES in Oppido Kenty Cracovienſis Diœcesis, à quo CANTII cognomen duxit, Stanislaõ & Annâ piis & honestis parentibus natus, morum sanctitate, innocentiâ, gravitate, ab ipsa infantia spem fecit maximæ virtutis. In Universitate Cracovienſi Philosophiæ ac Theologiæ primùm

mùm Auditor, tùm per omnes Academiæ gradus ascendendo Professor ac Doctor, sacrâ, quâ annis multis tradidit doctrinam, mentes audientiũ non illustrabat modò, sed & ad omnẽ pietatem inflammabat, simul docens scilicet, & faciens. Sacerdos factus nihil de literarum studio remittens, studiũ auxit Christianæ perfectionis. Utq; passim offendi Deum maximè dolebat; sic eum sibi & populo placare, oblatõ quotidie, non sine multis lacrymis incruentò Sacrificio, satagebat. Ilcusiensem Parochiam annis aliquot egregiè administravit, sed animarũ periculô commotus, postea dimisit, ac postulante Academiâ, ad pristinum docendi Officium rediit.

℟. Honestum fecit illum Dominus & custodivit eum ab inimicis: & à seductoribus tutavit illum: ✱ Et dedit illi claritatem æternam.

℣. Justum deduxit Dominus per vias rectas & ostendit illi regnum Dei. ✱ Et

Lectio V.

QUidquid temporis à studio supererat, partim saluti proximorum, sacris præsertim Concionibus curandæ, partim Orationi dabat in qua Cælestibus quandoq; visionibus, & colloquiis, dignatus fertur. Christi verò Passione sic afficiebatur, ut in ea contemplanda totas interdum noctes duceret insomnes, ejusq; causa meliùs recolendæ, Hierosolymã peregrinatus sit: ubi & Martyrii desiderio flagrans, Turcis ipsis Christum Crucifixum prædicare non dubitavit. Quater etiam ad Apostolorum limina, pedes, atq; viariâ onustus sarcinâ Romam venit, tum ut Sedem Apostolicam, cui maximè addictus fuit, honoraret, tum ut sui (sic enim ajebat) purgatorii pœnas, expositâ illic quotidie peccatorum venâ, redimeret. Quo in itinere à latronibus olim spoliatus, & num quid haberet præterea? interrogatus, cùm negasset, aureos deinde aliquot suo insutos pallio recordatus, fugientibus hos etiam clamans obtulit latronibus; qui, Viri Sancti candorem simul & largitatem admirati, etiam ablatos

tos ultrò reddidêre. Alienæ famæ, ne quis detraheret, descriptîs Beati Augustini exemplô in pariete versiculîs, se itq; alios perpetuò voluit admonitos. Famelicos de suo etiam obsonio satiabat. Nudos autem non emptîs modô, sed detractîs quoq; sibi vestibûs & calceîs operiebat, demissô Ipse interim usq; ad terram palliô, ne domum nudipes redire videretur.

℟. Amavit eum Dominus, & ornavit eum, stolam gloriæ, induit eum * Et ad portas paradisi coronavit eum.

℣. Induit eum Dominus loricam fidei, & ornavit eum. * Et ad.

Lectio VI.

BRevis illi somnus, atq; humi, vestis, quæ nuditatem, cibus, qui mortem duntaxat arceret. Virginalem pudicitiam, velut lilium inter spinas, asperò ci itiô, flagellîs, atq; jejuniis custodivit. Quin & per annos ante obitum triginta circiter & quinque. ab esu carnium perpetuò abstinuit. Tandem dierum juxta ac meritorum plenus, cùm vicinæ, quam præsentit, mortis, se diù diligenterquè præparasset; ne quâ re amplius teneretur, si quid domi supererat, id omne pauperibus distribuit. Tũ Ecclesiæ Sacramentîs, ritè munitus, dissolvi jam cupiens, & esse cum Christo, pridie nativitatis Ejus in cœlum evolavit. Miraculîs ante & post mortem clarus. Mortuus, ad proximã Academiæ Ecclesiã S. ANNÆ delatus est, ibiquè honorificè sepultus. Auctaquè in dies populi veneratione, ac frequentia inter primarios Poloniæ ac Lithuaniæ Patronos religiosissimè colitur, novîsquè coruscans miraculis à CLEMENTE XIII. Pont: Max: XVII. Kalendas Augusti. Millesimô Septingentesimô, Sexagesimô septimô solemni ritu, Sanctorum Fastis adscriptus est.

℟. Iste homo perfecit omnia quæ locutus est ei Deus, & dixit ad eum: Ingredere in requiem meam * Quia te vidi justum coram me ex omnibus gentibus.

℣. Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad Cælestia regna. *

Quia

Quia. Gloria Patri * Quia. &c.

In tertio Nocturno.
Lectio Sancti Evangelii secundùm Lucam.

Lectio VII.

IN illo tempore: Dixit JESUS Discipulis suis: Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris. *Et reliqua.* Homilia S. Gregorii Papæ *Homilia 13. in Evangel.*

SAncti Euangelii, Fratres charissimi, aperta vobis est Lectio recitata. Sed ne aliquibus ipsa ejus planities alta forttasse videatur, eam sub brevitate transcurrimus, quatenus ejus expositio ita nescientibus fiat cognita, ut tamen scientibus non sit onerosa. Dominus dicit: Sint lumbi vestri præcincti. Lumbos enim præcingimus, cùm carnis luxuriam per continentiam cõárctamus. Sed quia minus est mala non agere nisi etiam quisquè studeat & bonis operibus insudare, protinus additur: Et lucernæ ardentes in manibus vestris. Lucernas quippe ardentes in manibus tenemus, cùm per bona opera proximis nostris lucis exempla monstramus. De quibus profectò operibus Dominus dicit: Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in Cælis est.

℟. Iste est, qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & de omni corde suo laudavit Dominum. * Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum.

℣. Ecce homo sine quærela verus Dei cultor, abstinens se ab omni opere malo, & permanens in innocentia sua. * Ipse.

Lectio VIII.

DUo autem sunt, quæ jubentur, & lumbos præcingere, & lucernas tenere: ut & mũditia sit castitatis in corpore, & lumen veritatis in operatione. Redemptori etenim nostro unum sine altero placere nequaquam potest: si aut is qui bona agit, adhuc luxuriæ inquinamenta non deserit: aut is qui castitate præeminet, nec dum se per bona opera exercet. Nec castitas ergo magna est sine

bono

bono opere, nec opus bonum est aliquod sine castitate. Sed etsi utrumq; agitur, restat, ut quisquis ille est, spe ad supernam Patriam tendat, & nequaquam se à vitiis pro mundi hujus honestate contineat.

℟. Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris, * Et vos similes hominibus expectantibus Dominum suum, quando revertatur à nuptiis

℣. Vigilate ergo, quia nescitis quâ horâ Dominus vester venturus sit * Et Gloria Patri. * Et vos.

Benedictio. Per Euangelica dicta, deleantur nostra delicta.

Lectio IX.

Homilia in Euangelium Dominicæ. Te Deum laudamus.

Ad Laudes Hymnus ut in I. Vesperis.

AD II. VESPERAS.
HYMNUS.

TE deprecante, corporũ
Lues recedit, improbi
Morbi fugantur, pristina
Redêunt salutis munera.
Phtysi, febriq; & ulcere
Diram redactos ad necẽ,
Sacratas morti victimas
Ejus rapis è faucibus.
Te deprecante, tumido
Merces abactæ flumine,
Tractæ Dei potentiâ
Sursũ fluunt retro adæ.
Quum tanta possis sedibus
Cæli locatus! poscimus,
Respondе votis supplicũ,
Et invocatus subveni.
O una semper Trinitas!
O Trina semper Unitas!
Da supplicante Cantio,
Æterna nobis præmia, A.

℣. Justum deduxit Dominus per vias rectas.

℟. Et ostendit illi Regnum Dei.

Ad Magnificat Ãna.

Hic Vir despiciens mundũ & terrena triumphans, Divitias Cælo condidit, ore, manu.

ORATIO.

DA quæsumus Omnipotens DEUS, ut Sancti JOANNIS Confessoris exemplô, in scientia Sanctorum proficientes, atq; aliis misericordiam exhibentes, ejus meritis indulgentiam apud Te consequamur, per Dominum.

Commem: Dominicæ.

Infra

Infra Octavam SANCTI CANTII *pro diebus non impeditis Festo 9 Lect: etiam ex translatione sumuntur Lectiones 2di & 3tii Noct: ex Octavario Confessoris non Pontificis inter P. R. P. in Mense Novembri dato pro Octava S. Stanislai Kostka.*

Missa propria quæ incipit: Miseratio hominis circa proximum &c. *cum Collecta cum Lectione, Graduali, Offertorio, Secretis, Communione & Post communione propriis à S. R. C. Die 23. Mensis Decembris Annô 1767. approbata.*

Regni Poloniæ & Magni Duc: Lithuan:

Hymnos suprascriptos ad primas & secundas Vesperas, ad Matutinum, & ad Laudes in Sacra Rituum Congregati ne relatos, & de ejus mandato, per Emum & Rmum Dnum Cardin: Albani Episcopum Sabinensem, una cum R. P. Carolo Aloysio Pisani S. F. dei Promotore examinatos, revisos, atq; correctos, Sacra eadem Congregatio approbavit, atq; ab utroq; Clero Regni Poloniæ, & Magni Ducatus Lithuaniæ in Officio proprio S. JOANNIS CANTII recitari posse concessit. Die 21. Januarii 1769.

Fl. Card: Chisius Præf.

V. Macedonius S. R. C. Secretarius.

IMPRIMATUR,
F. BIENKOWSKI C. C. F. S.

B. Iosaphat Arch: Polocenz. dx.

Lectio IV.

Beatus Iosaphat Koncewicz Mar:
tyr natus est Anno 1584 Wlodimiriæ,
ubi puer admodum, scintilla è Cruci:
fixi imagine ad pectus ejus delapsa,
ad futuram sanctitatem initiatus est,
Iuveniles annos egressus, Vilnæ ha:
bitum, et disciplinam Religiosam
Ordinis S. Basilii ad Edem SS. Trini:
tatis, quam Uniti obtinebant sus:
cepit. ℟. Honestum fecit &c.

Lectio V.

Deinde Sanctæ memoriæ Velamino
Ruchi se conjunxit, et cum illo plu:
rimum in restavratione S. Basilii
Magni, et in Russis ad unionem
cum S. Romana Ecclesia revocandis
laboravit. Mirus sui contemptor,
atq afflictor, Alienæ salutis, Diviniq
honoris indefessus Zelator. Schisma:
ticorum atq hæreticorum ita fortuna
tus

tus · ad Ecclesiam aggregator, ut ab illis vulgo nominaretur raptor animarum. R. Desiderium anima &c.

Lectio VI

Primum Archi-Mandrita Vilnensis, deinde Archiepiscopus Polocensis post multos labores et pericula suscepta, vitam denique pro Sancta Unione posuit Vitebsci in Civitate suae Diocesis, Anno Domini 1623. Nam cum absolutis precibus matutinis ex Ecclesia rediens, Orationi interea procumbens vacaret, à plebe Schismatica invasus, comprehensus, ac pessime tractatus, gravissime fuste in fronte vulneratus, mox securi in capite ictus, cum adhuc semivivus manum extulisset quasi Crucis signo se munire volens, plumbi glande occisus est, et in Fluvio Dzwina submersus. Corpus Ejus extractum Polocia

locia in Cathedrali Ecclesia sepultus est. In vita virtutibus clarus, post mortem miraculis à Deo illustratus, ab Urbano VIII Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Secundo. Die 14 Xbris Beatorum Martyrum Catchalogo annumeratus est. R. Stola Jucunditatis &c.

In 3tio Noct: hom. in Evangeliu. Si quis vult post me venire



KSIĘGOZBIÓR
MARCINA ZAMOYSKIEGO
1877 -KZ
1877-KZ